

cum repleta. At tamen ille hæc omnia tulit, et in nullis eorum, quæ sibi accidebant, peccavit, neque in labiis ejus fuit dolus.

7. Sint itaque illius ærurnæ malorum nostrorum remedia : et graves quibus agitated ille est fluctus, calamitatum nostrarum portus sint : atque in singulis, quæ nobis accidunt, sanctum reputemus : ac videntes unum corpus universa orbis hausisse mala, fortiter in singulis affecti erimus. Et velut ad matrem amantissimam undique manus extendentem, et liberos exterritos excipientem ac recreantem, sic ad hunc librum semper confugiamus : etiamsi omnium miseris malis afficiamur, magnam in omnibus adepti consolationem, sic discedemus.

Cum Spiritus gratia faciliora certamina sunt. — Quod si dicas, Ille Job erat, et ideo hæc tulit ; ego non illi sum similis : his dicitis majori te dignum reprehensione reddis, et laudem illius justî viri extollis ; par esset enim hæc te potius perferre, quam

ipsum. Quare ? Quia ille quidem ante gratiam et ante legem, quo tempore non ita diligenter vita instituebatur, quo non tanta erat Spiritus gratia, quo expugnatum difficile peccatum erat, quo maledictum obtinebat, quo mors terribilis erat ; nunc autem faciliora certamina reddita sunt, post adventum Christi his sublatis omnibus. Quare post tantum tempus, tantum incrementum, post tot dona nobis a Deo collata, si non possimus ad eam virtutis mensuram pertingere, nulla nobis superest excusatio. Hæc igitur omnia considerantes : quod gravioribus ille malis premebatur, et cum difficilius certamen esset, tunc se ad pugnam ille comparaverit, et manus conseruerit ; omnia, quæ nobis accidunt, fortiter seramus, et cum magna gratiarum actione, ut possimus easdem quas ille coronas consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[277] IN HOMILIAS DE POENITENTIA

Difficilem operosamque rem aggredimur, cum homiliarum *De poenitentia* ordinem, tempus, quarundam etiam vel νοθείαν vel γνησιότητα statuere conamur. Qui enim ante huic rei manum admoverunt, vel eas ut sese offerebant, nulla seriei, nulla γνησιότητος vel νοθείας habita ratione, confertim ediderunt ; vel tædio difficultatis fracti, partem suo loco pro facultate restituerunt, alias hinc inde avulsas et a reliquis segregatas posuerunt. Qui primus huic rei operam dedit Lælius Tifernas 10 *De poenitentia* homilias Latine edidit ; quarum prior inscripta est *De poenitentia homil. prima*, cujus initium Græce est Φαίδρα σήμερον ἡ πανήγυρις. Secundam posuit Lælius homiliam eam, quæ prima est inter homilias in *Genesim* ; tertiam eam, quæ sic Græce incipit, Εἰ καὶ γὰρ ὑμῶν ἀπελείφθη ; quartam eam, quæ sic Græce incipit, Οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα ; quintam eam quæ incipit Græce, Πάντοτε μὲν ; sextam eam, quæ non Græce reperitur, estque supposititia ; septimam cujus initium Latine, *Jam ergo turbine* : estque cento variis ex locis consarcinatus, ut ostendit in notis Frontonis Ducæus infra ; octavam eam, cujus exordium est, ὡς τερπνὰ τῆς πνευματικῆς ; nonam eam, cujus principium Græce, ἄρα εἰδότες πόθεν ἡμῶν ὁ λόγος ; decimam et postremam, quæ sic incipit, ἄρα ἐμέμνησθε ἡμῶν. Lælii Tifernatis ordinem partim secutus est, partim eiecit Fronton Ducæus : primam enim ut supra retinuit ; secundam quia erat prima in *Genesim* omisit, et cum aliis in *Genesim* edendam censuit ; tertiam, cujus Græcam contextum nondum repererat, in serie homiliarum *De poenitentia* prætermisit, sed postea cum reperisset, eam cum titulo homiliæ tertie *De poenitentia* in quarto tome procul ab aliis *De poenitentia* homiliis positam locavit ; quartam post primam, nulla interposita alia, cum titulo quartæ posuit, et postea quintam ut Lælius edidit ; sextam et septimam ob causam supra memoratam rejecit : ita ut octavam, nonam et decimam, cum titulo octavæ, nonæ et decimæ, post quintam posuerit. Savilius longe alium secutus ordinem est : homiliarum enim *De poenitentia* primam posuit eam, quæ sic incipit : ἄρα ἐμέμνησθε ἡμῶν, quæ in editione Frontonis Ducæi est decima et postrema ; secundam, quæ sic incipit, Πάντοτε μὲν ὁ θεὸς ἀπόστολος, quam Fronton Ducæus quintam inscripsit ; tertiam εἰδότες τῆ προτέρα κυριακῆ, quæ in edit. Frontonis Ducæi extra seriem homiliarum *De poenitentia* in finem quinti tome ablegata est ; quartam εἰ καὶ γὰρ ἀπελείφθη, tertiam apud Ducæum ; quintam, ὡς περ τοῖς σπείρουσιν ὄφελος οὐδέν, quæ in edit. Frontonis extra seriem homiliarum *De poenitentia* est tom. V, p. 488 : est autem suspecta, fragmentumque videtur : sextam, ἄρα εἰδότες πόθεν ἡμῶν ὁ λόγος, nonam edidit Fronton Ducæus ; septimam, οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα, quartam Fronton posuit ; octavam, φέρε δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων, quæ in editione Frontonis Ducæi non comparat, sed lacera est in edit. Savil. et passim hiulca, integram illam et sartam tectam dedit Franciscus Combefisius anno 1645. Concionem vero, quam primam *De poenitentia* posuit Fronton Ducæus, primam *De jejuniis*, περὶ νηστείας, edidit Savilius ; hujus initium, Φαίδρα σήμερον ἡμῶν ἡ πανήγυρις ; secundam *De jejuniis* addidit, ὡς τερπνὰ τῆς πνευματικῆς, quæ apud Frontonem Ducæum est octava *De poenitentia*. Tres alias *De poenitentia* homilias edidit Henr. Savilius eodem t. VI, p. 90d, quæ pro spuris jure habentur. Prima incipit, ἀεὶ μὲν μνημονεύειν ; secunda, βασιλέως μὲν τοῦ ἐπιγείου ; tertia, διαγράφομεν, ἀγαπητοί, τὰ τῆς μετ.

Ex hisce porro omnibus permistim positis *De poenitentia* homiliis, sex solum ut germanas agnoscimus, cæteras vero tanquam ut minimum suspectas subjungimus, quasdam etiam aperte spurias alium in locum ablegavimus. Primam inter germanas ponimus, ἄρα ἐμέμνησθε ἡμῶν ; secundam, Εἰδότες τῆ προτέρα κυριακῆ ; tertiam, ἄρα εἰδότες πόθεν ; quartam, Οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα ; quintam, Φαίδρα σήμερον ἡμῶν ἡ πανήγυρις ; sextam, ὡς τερπνὰ τῆς πνευμ. Hic Savilii ordinem sequimur, his solum omissis, quæ vel admodum suspectæ vel omnino spurie videntur, ut suo loco probabitur. Homilias vero duas, quas *Περὶ νηστείας*, *De jejuniis*, Savilius inscripsit, præcipue de poenitentia agere nemo non videat, quamobrem eas in serie homiliarum *De poenitentia*, sicut et Fronton Ducæus, locavimus.

Restat ut de harum inter se ordine disseramus. Illa, quam primam cum Savilio pon-

Ἄλλ' ὅμως ἐκεῖνος ἅπαντα ταῦτα ὑπένεγκε, καὶ ἐν ἅπασιν τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ οὐχ ἤμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χεῖλεσιν αὐτοῦ ἐγένετο ὁ λόγος.

Ζ'. Γενέσθω τοίνυν ἐκεῖνου τὰ πάθη φάρμακα τῶν ἡμετέρων κακῶν, καὶ τὸ χαλεπὸν τούτου κλυδώνιον τῶν ἡμετέρων παθῶν λιμὴν, καὶ ἐφ' ἐκάστῳ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν ἀναλογιζόμεθα τὸν ἅγιον· καὶ ὁρῶντες ἐν σῶμα τὰ τῆς οἰκουμένης ἀντλήσαν θεινὰ, γενναίως ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος διακείσμεθα· καὶ καθάπερ πρὸς μητέρα τινὰ φιλόστοργον πανταχόθεν τὰς χεῖρας ἐκτεινούσαν, καὶ τὰ παιδία πεφοβημένα δεχομένην καὶ ἀνακτωμένην, οὕτω πρὸς τὴν βίβλον ταύτην ἀεὶ καταφεύγωμεν· κἄν τὰ πάντων οἰκτιστα ἡμῖν ἐπιήθειν, ἰκανὴν πάντων λαβόντες τὴν παρηγορίαν, οὕτως ἀπελευσόμεθα.

Εἰ δὲ λέγοις ὅτι, Ἐκεῖνος Ἰωβ ἦν καὶ διὰ τοῦτο ἤνεγκεν, ἐγὼ δὲ οὐκ εἶμι κατ' ἐκεῖνον, μείζονά μοι σαυτοῦ λέγεις κατηγορίαν, καὶ τοῦ δικαίου πάλιν ἔπαινον· μᾶλλον γὰρ σὲ εἰκὸς ἐνεγκαῖν, ἢ ἐκεῖνον. Τί

δήποτε; Ὅτι ἐκεῖνος μὲν πρὸ τῆς χάριτος καὶ πρὸ τοῦ νόμου, ὅτε οὐ πολλὴ τῆς πολιτείας ἦν ἀκρίβεια, ὅτε οὐ τοσαύτη τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις, ὅτε δυσκαταγώνιστος ἡ ἁμαρτία, ὅτε ἡ κατάρα ἐκράτει, ὅτε ὁ θάνατος φοβερός ἦν· νυνὶ δὲ εὐκολώτερα τὰ παλάσματα γέγονε, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πάντων τούτων ἀνηρημένων. Ὡστε οὐδεμίαν ἡμῖν ἀπολογία, μετὰ τοσοῦτον χρόνον καὶ τοσαύτην ἐπίδοσιν καὶ τοσαύτας δωρεὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ δεθείσας ἡμῖν μὴ δυναμένοις εἰς τὸ αὐτὸ ἐκεῖνο φθάσαι μέτρον. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, ὅτι μείζονα ἐκεῖνου ἦν τὰ θεινὰ, καὶ ὅτε χαλεπώτερος ἦν ὁ ἀγὼν, τότε ἀπεδύσατο καὶ ἐπάλαισε, φέρωμεν ἅπαντα τὰ ἐπιόντα γενναίως ἡμῖν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐχαριστίας, ἵνα δυναθῶμεν τῶν αὐτῶν ἐκεῖνο στεφάνων τυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM.

quis, cuius locum. Ἄρα ἐπιφορὰς, quamque decemiam et postremam Fronto. Ducens Heavii, [273] in una caeteris tempore edidit. An jam priorem occupet locum, necne, perinde ignoramus. Hanc prout concionem habuit postquam tunc aliquantum temporis valetudinis causa versatus, ad solitum concionandi officium rediit. Antiochiense vero an Constantinopoli hanc recitaverit homiliam certo dicere non valemus; licentius vero credam Antiochiæ. An secunda, cuius initium. Videte tñ prot., primam vere secuta sit, ne conjectura quidem possumus dicere: si secuta sit, non nisi alia interposita secutam fuisse opinor; etiam ea, quam se postremam habuisse memorat in secunda, de diaboli pugna contra Christum et de Christi victoria agebat, inquit Chrysostomus: id vero non observatur in homilia prima. Secundam autem homiliam, nulla intermedia, secuta est certissime tertia, quæ sic incipit, Ἄρα εἰδότε, πόθεν. Cum enim in secunda de variis poenitentiae viis agat, in tertia easdem, de quibus se nuper, πρῶτον, locutum esse testificatur, poenitentiae vias retractat. Quo tempore autem edite sint, ne coniecere quidem possumus, libentius tamen credam, ut de priori dicebam, eas Antiochiæ habitas fuisse. Nam in tertia declarat se in urbe suburbii ornata prædicare, ubi populus audiendæ Christi doctrine cupidus singulis Dominicis in ecclesiam diligenter concurrebat, quod potius Antiochiam designat quam Constantinopoli.

Homilia quarta, Οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα, jure quartæ nomine insignitur, quandoquidem Chrysostomus initio dicit se jam quarta die et vice de Poenitentia agere. Sed cave putes perinde certum esse eam tres illas, quas priores posuimus, aut aliquam ex illis secutam esse. Planum est tres ante hanc quartam de poenitentia homilias habitas fuisse, sed hasne tres quas præmisimus, aliasve, id ignotum prorsus. Antiochiæ autem habitam fuisse suadent hæc verba num. 2: *Quandoquidem nos cum exagitabamur vexati fame, peste, grandine, siccitate, incendiis, hostium incursu, nonne quotidie ecclesia multitudine convenientium angustiabatur?...* Postquam autem Deus iram deposuit, atque post tantos fluctus procellam abegit, ad pristinos iterum mores reversi sumus. Atqui in ipso tentationum tempore hæc prædicare et testificari non desistebam. Hic longam calamitatum seriem memorat, quibus præsens ipse erat, et concionibus vacabat, quæ non nisi ad tempus, quo Antiochiæ presbyter erat, quadrare possunt. Hostium autem incursus putat Tillemontius esse invasionem illam Hannorum, quæ anno 395 contigit, quod sat quidem verisimile videtur. Ut ut vero sit, hanc in ultimos, quibus Antiochiæ concionatus est, annos opportune rejicimus.

Quinta, Παιδῶν σήμερον ἡμῖν ἡ πενήτη, est pulcherrima Chrysostomi homilia, quam *Περὶ νηστείας*, id est, *De jejuniis*, inscripsit Savilius. Et est quidem de jejuniis, sed præcipue de poenitentia, quæ quo pacto cum aliis cohaereat, deprehendi nullo modo potest. Antiochiæ vero habitam fuisse indicat Chrysostomus, cum monachorum in montibus proxime degentium exemplum considerandum offert, ut solet in concionibus Antiochiæ habitis. Sexta, Ὁς τερπνὰ τῆς πνευματικῆς, de jejuniis maxime agit; an vero Antiochiæ, an Constantinopoli habitam fuerit, nullo, ut videtur, modo deprehendi potest. Homilias illas duas in psalmum quinquagesimum, quæ in quinto tomo locum habebunt, putant quidam homiliis *De poenitentia* adjungendas esse: at, ut suo loco dicemus, nullatenus videntur cum his cohaerere.

Tres sequentes homiliae, quarum hæc sunt initia, septimæ Πάντοτε μὲν ὁ θεῖος, octava; Εἰ καὶ χθὲς ἀπελείφθην, nona; Ὡσπερ τοῖς σπείρουσιν, non pares γνησιότητος notas præferunt. Stylus a Chrysostomi elegantia non parum recedit. Quamobrem non sine aliquo scrupulo eas inter germana Chrysostomi opera reliquimus; nec tamen ab aliis sejungendas esse duximus, quoniam, ut jam alibi monuimus, in dicendi genere non semper sibi constat sanctus doctor. Alias insuper Chrysostomi nomine *De poenitentia* homilias habemus, quas, utpote aperte spurias, in appendicem ablegamus.

Homiliarum quartæ, septimæ et octavæ interpretationem novam edidimus, quia vetus prorsus vitiosa erat: secundæ interpretatio est Frontonis Ducæi; caeterarum autem interpretationem a Laelio Tiferiata editam multis in locis emendavimus.

ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ

Ἐξ ἀγροῦ αὐτοῦ ἐπανελθόντος*.

[279] Ὁμιλία α'.

α'. Ἄρα ἐμέμνησθε ἡμῶν, ἡνίκα τὸν μεταξὺ τοῦτον ἐχωρίσθημεν χρόνον ὑμῶν; Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμῶν οὐδέποτε ἔδυνήθην ἐπιλαθέσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ἀφείς, τὴν ὑμετέραν οὐκ ἀφῆκα μνήμην· ἀλλ' ὡσπερ οἱ τῶν λαμπρῶν ἐρῶντες σωματίων, ὅπουπερ ἂν ἀπίωσι, μεθ' ἑαυτῶν τὴν ποθουμένην περιφέρουσιν ὄψιν, οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τοῦ κάλλους τῆς ὑμετέρας ψυχῆς ἐρασθέντες, ἀεὶ μεθ' ἑαυτῶν τὴν εὐμορφίαν τῆς ὑμετέρας περιφέρομεν διανοίας. Καὶ καθάπερ εἰ ζωγράφοι, ποικίλα χρώματα κεραυνύντες, τὰς τῶν σωματίων εἰκόνας ἐργάζονται, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ἐν ταῖς συναξέσι, τὴν προθυμίαν τὴν περὶ τὴν ἀκρόασιν, τὴν εὐνοίαν τὴν περὶ τὸν λέγοντα, τὰ ἄλλα πάντα κατορθώματα καθάπερ ποικίλα χρώματα ἀρετῆς κεράσαντες, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ψυχῆς ὑμῶν ὑπογράφαντες, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς διανοίας θέντες, ἱκανὴν διὰ τῆς φαντασίας ταύτης ἐλαμβάνομεν τῆς ἀποδημίας παραμυθίαν. Καὶ ταῦτα, καὶ οἴκοι καθήμενοι καὶ διανιστάμενοι, καὶ ὁδοιποροῦντες καὶ ἀναπαυόμενοι, καὶ εἰσίνοντες καὶ ἐξιόντες, ἐστρέφομεν συνεχῶς, τὴν ὑμετέραν ὀνειροπολοῦντες ἀγάπην· καὶ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ ταύταις ἐνετροφῶμεν ταῖς φαντασίαις. Καὶ ὅπερ ὁ Σολομὼν ἔφη, Ἐγὼ καθεύδω καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ· τοῦτο καὶ ἡμεῖς τότε ἐπάσχομεν. Ἡ μὲν γὰρ ἀνάγκη τοῦ ὕπνου κατέστειλεν ἡμῶν ἢ τὰ βλέφαρα· ἡ δὲ τῆς ἀγάπης τῆς ὑμετέρας τυραννὶς ἀφύπνιζε τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμούς· καὶ πολλάκις ὑμῖν ὄναρ διαλέγεσθαι ἐδόχουν. Καὶ γὰρ πέφυκεν ἡ ψυχὴ ταῦτα φαντάζεσθαι νύκτωρ, ἅπερ ἂν μεθ' ἡμέραν λογίζηται· ὅπερ οὖν καὶ ἐφ' ἡμῶν τότε συνέβαινε· καὶ οὐχ ὄρων ὑμᾶς τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς σαρκὸς, ἐώρων ὑμᾶς τῆς ἀγάπης τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴ παρὼν ὑμῖν τῷ σώματι, παρήμην ὑμῖν τῇ διαθέσει, καὶ μοι τὰ ὦτα ἀεὶ ὑπὸ τῆς ὑμετέρας περιηχεῖτο κραυγῆς. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς τοῦ σώματος ἀρρωστίας ἐπὶ πλέον ἐκεῖ διατρέθειν ἀναγκαζούσης, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος ὠφελείας εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ἀπολαύειν ὑγίειαν, ἢ τῆς ἀγάπης βία τῆς ὑμετέρας οὐκ ἠνέσχετο τοῦτο ἠ, ἀλλὰ κατεβόησε, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη διανοχλοῦσα, ἕως ἡμᾶς καὶ πρὸ τῆς προσηκούσης ὥρας ἀναστῆναι ἔπεισε, καὶ ὑγίειαν καὶ τέρψιν καὶ πᾶν ὀτιοῦν ἀγαθὸν τὴν ὑμετέραν ἠγῆσασθαι συνεβούλευσε συνουσίαν. Ταύτη δὲ πεισθέντες ἡμεῖς, εἰλόμεθα μᾶλλον ἔχοντες ἔτι τὰ λείψανα τῆς ἀρρωστίας ἐπανελθεῖν, ἢ καθαρῶς ἀποθέμενοι τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν, ἐπὶ πλέον λυπῆσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. Καὶ γὰρ ἐκεῖ διατρέθων ἤκουον ὑμῶν τὰ ἐγκλήματα, καὶ συνεχεῖς ἐπιστολαὶ ταῦτα ἡμῖν διεκμήριζον· καὶ γὰρ προσεῖχον τοῖς ἐγκαλοῦσιν ὁ οὐχ ἦττον, ἢ τοῖς ἐγ-

^a Colbert. τοῦ ἐν ἀγίοις... Χρυσόστομου ἐξ ἀγροῦ διὰ χρόνου ἐλθόντος, καὶ περὶ μετανοίας.

^b Co. b. ἡμῖν.

^c Alii ἀπό.

^d Sic omnes praeter Morel. qui habet τούτου. Infra Morel. συνεβούλευσε, duo mss. συμβουλεύουσα, Savil. συμβουλεύουσαν.

* Alii καὶ χάριν εἶχον τοῖς ἐγκλ.

κωμιάζουσι· ψυχῆς γὰρ εἰδύιας φιλεῖν ἦσαν αἱ μέμψεις ἐκεῖναι. Καὶ διὰ ταῦτα ἀναστάς ἔδραμον· [280] διὰ ταῦτα οὐδέποτε ὑμᾶς τῆς διανοίας ἔδυνήθην ἐκβαλεῖν τῆς ἐμῆς. Καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐν ἀγρῷ διατρέθων ἐγὼ, καὶ ἀδείας ἀπολαύων, τῆς ὑμετέρας ἐμεμνήμην ἀγάπης, ὅπου γε Παῦλος δεσμὰ περικείμενος, καὶ δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ μυρίους ὄρων ἐπηρτημένους αὐτῷ κινδύνους, καθάπερ ἐν λειμῶνι τῷ δεσμωτηρίῳ διάγων, οὕτω τῶν ἀδελφῶν ἐμέμνητο, καὶ γράφων ἔλεγε· Καθὼς ἐστὶ δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν περὶ ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἐν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογία καὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου; Ἐξώθεν ἄλυσίς ἢ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἔσωθεν ἄλυσίς ἢ τοῦ φίλτρου τῶν μαθητῶν· ἀλλ' ἡ μὲν ἐξώθεν ἀπὸ σιδήρου ἐκεχάλκευτο, ἡ δὲ ἐνδοθεν ἐξ ἀγάπης ἐγεγένητο· κάκεινη μὲν πολλάκις καὶ ἀπέθετο, ταύτην δὲ οὐδέποτε ἀπέβρηξεν· ἀλλ' ὡσπερ αἱ γυναῖκες ὅσαι πείραν ὠδίνων ἔλαβον καὶ μητέρες ἐγένοντο, τοῖς τεχθεῖσι παιδίοις, ὅπουπερ ἂν ὦσιν, εἰσι διηνεκῶς συνδεδεμέναι· οὕτω καὶ Παῦλος, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶν τούτων σφοδρότερον αἰεὶ τοῖς μαθηταῖς προσήλωτο τοῖς αὐτοῦ, καὶ τοσοῦτῳ μᾶλλον, ὅσῳ τῶν φυσικῶν τόκων οἱ τοῦ πνεύματός εἰσι θερμότεροι. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὠδινεν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δις τοὺς αὐτοὺς, καὶ ἐβόα λέγων· Τεκνία μου, οὐς πάλιν ὠδίνω. Καίτοι γε τοῦτο οὐδέποτε ἂν πάθοι ἡ γυνή, οὐδ' ἂν ὑποσταίη τὰς αὐτὰς πάλιν ὠδῖνας, ἀλλὰ Παῦλος ὑπέμεινε τοῦτο, ὅπερ ἐπὶ τῆς φύσεως ἰδεῖν οὐκ ἔστι, καὶ τοὺς ἅπαξ τεχθέντας πάλιν ἀναλαβεῖν, καὶ τὰς δριμείας ἐπ' αὐτοῖς ὑπομείναι ὠδῖνας. Διὰ τοῦτο καὶ ἐντρέφαι βουλόμενος αὐτοὺς, ἔλεγεν, Οὐς πάλιν ὠδίνω· μονονουχὶ λέγων· Φείσασθέ μου· οὐδεὶς υἱὸς δεύτερον τὴν μητρικὴν γαστέρα ταῖς ὠδίσι διέτεινεν, ὅπερ ἀναγκάζετε με πάσχειν ὑμεῖς· καίτοι ἐκεῖναι μὲν αἱ ὠδῖνες ἐν μιᾷ καιροῦ βροπῇ κατατείνουσι, καὶ τοῦ παιδίου τῆς νηδύος ἐξολισθῆσαντος, συνεξέρχονται· αὗται δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ μῆνας ὀλοκλήρους μένουσι· καὶ γὰρ ἐνιαυτὸν ὄλον ὠδινε πολλάκις, καὶ οὐκ ἔτεκε τοὺς κυομένους ὁ Παῦλος· κάκει μὲν τῆς σαρκὸς ὁ πόνος, ἐνταῦθα δὲ οὐ γαστέρα διατείνουσι αἱ ἀλγηδόνες, ἀλλ' αὐτὴν τῆς ψυχῆς τὴν ἰσχὺν καταξάινουσι. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι θερμότεραι αὗται αἱ ὠδῖνες, τίς ποτε ὑπὲρ τῶν τεχθέντων παιδίων ἠύξατο ὑπομείναι γένναν; Οὗτος δὲ οὐ μόνον αἰρεῖται ὑπομείναι γένναν, ἀλλὰ καὶ εὐχεταὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὥστε δυνήθῃναι τοὺς Ἰουδαίους ἀποτεκεῖν, οὐς ὠδινεν ἀεὶ καὶ διηνεκῶς, καὶ ἐπειδὴ μὴ συνέβαινε τοῦτο, ὠδυνᾶτο λέγων· Λύπη μοὶ ἐστὶ μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. Καὶ ἐνταῦθα πάλιν· Τεκνία μου, οὐς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Τί τῆς νηδύος ἐκεῖνης μακαριώτερον γένοιτο ἂν, ἢ τοιαῦτα παιδία τίχτειν ἐδύνατο, ὡς τὸν Χριστὸν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς; τί δὲ εὐφορώτερον, ἢ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπεγέννησε; τί δὲ δυνατώτερον, ἢ τις τεχθέντας καὶ αὐξηθέντας εἰς ἀμβλωσιν ἐκπεσόντας, ἀναλαβεῖν ἰσχυρῶς πάλιν καὶ ἀνορθῶν διαπλάσαι; τοῦτο

DE PŒNITENTIA,

CUM RURE IPSE REDIISET ¹.

HOMILIA I (a).

1. *Amor et sollicitudo Chrysostomi erga populum. Paulo æmulatur filios iterum parturienti.* — Num, quæso, memores nostri fuistis, quanto tempore a vobis abfuimus? Nam ipse quidem vestri nusquam oblivisci potui, sed urbem dimittens, memoriam vestri non dimisi: quemadmodum enim qui corporum præstanti forma capiuntur, quocumque recesserint, secum desideratam faciem circumferunt: haud secus ipsi venustate animarum vestrarum tacti, eam mentis vestræ speciem semper nobiscum circumferimus. Et quemadmodum pictores coloribus variis mixtis corporis imagines effingere consueverunt: ita et ipsi studium vestrum in collectis, in audiendo alacritatem, benevolentiam erga concionatorem, cæteraque omnia officia veluti colores virtutum varios immiscentes, atque ipsum animarum vestrarum characterem imprimentes mentisque apponentes oculis, ea speculatione satis nostræ peregrinationis accepimus solatii. Hæc et sedentes et surgentes, et ambulantes et quiescentes, et introeuntes et exeuntes, continuo versabamur, caritatem vestram vel in somniis intuentes, neque interdiu solum, sed etiam noctu iisdem cogitationibus quasi deliciis enutriebamur, illud cum Salomone scientes: *Ego dormio, et cor meum vigilat* (Cant. 5. 2). Id ipsum et nobis contingebat: nam somni quidem necessitas palpebras ipsas contrahebat, tyrannis vero amoris vestri oculos nostræ mentis excitabat: atque sæpenumero per somnum vobiscum loqui mihi videbar. Etenim consuevit anima quæ interdiu cogitat, eadem in somnis per phantasiam cernere, quod et nobis tunc accidit: et vos carneis oculis minime videns, oculis caritatis cernebam, corporeque absens, affectu præsens eram, et meæ aures semper clamore vestro personabant. Quare et corporis ægritudine ibi diutius cogente immorari, et aeris salubritate ad carnis sanitatem proficiente, id vis amoris vestri non tolerabat, sed exclamabat, neque prius molestando cessavit, quam nobis suaserit ante præfixum tempus exurgere, et sanitatem et voluptatem et omne quodcumque est bonum, conventum hunc vestrum existimare. Huic igitur morem gerentes, maluimus redire, tametsi morbi reliquæ restarent, quam corporis infirmitatem prorsus deponere satagentes, de cætero caritati vestræ molestias inferre. Nam et illic manens criminationes vestras audiebam: continuæ enim literæ has nobis afferebant, animumque adhibui criminantibus non minus, quam laudantibus ². Nam animæ scientis amare illæ crimi-

¹ Colbert. sic titulum habet, *in sanctis... Chrysostomi recens a rure regressi, et de pœnitentia.*

² Alii, *et gratias egi criminantibus, etc.*

(a) Collata cum Codicibus Regiis 1828, 1829 et 2124, et cum Colbertino 3061.

nationes fuerant, absentiam nostram accusantes. Propterea surgens cucurri; propterea numquam mea vos mente quivi excludere: sed quid mirum rursi commoratus, licentia quadam et libertate fruens, vestræ caritatis non sum oblitus: quandoquidem Paulus vinculis alligatus, carcerem inhabitans, atque infinita pene pericula imminentia videns, in carcere non secus quam in prato versatus, sic fratrum memoriam habebat, et scribebat dicens: *Sicut est iustum mihi hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis, in defensione et confirmatione evangelii* (Philipp. 1. 7)? Extra inimicorum catena, intra amoris discipulorum catena: sed exterior quidem ex ferro constructa, interior ex caritate facta; et illam quidem sæpenumero deposuit, hanc vero numquam dissolvit. Sed quemadmodum mulieres quotquot dolorum partus experimentum sumpsere, et matres factæ sunt, horum, quos pepererunt, ubicumque fuerint, vinculis semper sunt astrictæ: sic et Paulus, atque adeo multo fortius, discipulis suis adhærebat, tantoque magis, quanto naturalibus spirituales partus sunt ferventiores. Nam non semel, sed eosdem bis parturivit, et clamabat dicens, *Filioli mei, quos iterum parturio* (Gal. 4. 19). Id vero mulier numquam pateretur, neque sufferret eosdem iterum dolores: sed tolerabat hoc Paulus, quod in natura non est videre: ut quos semel pepererat, iterum reciperet, et acutos super illis dolores perferret. Propterea et confundere eos volens, dixit: *Quos iterum parturio*: quasi diceret, *Parcite mihi*: nullus filius secundo maternum uterum partus doloribus affecit, quod me pati cogitis. Licet dolores illi uno temporis momento torqueant, atque infante ex alvo delabente et ipsi quoque delabantur: hi vero non sic, sed et mensibus integris maneat: nam et annum totum sæpenumero parturivit Paulus, atque conceptos non peperit: et illic quidem carnis est labor, hic vero dolores non ventrem distendunt, sed animæ robur lacerant. Atque ut discas eos ferventiores esse dolores, quæ unquam mater optat natorum loco gehennam sustinere? Illic vero non modo gehennam, sed optat etiam anathema esse a Christo (Rom. 9. 3), quo posset Judæos parere quos semper continue parturiebat, et quoniam id non eveniebat, ideo dolebat et dicebat: *Tristitia mihi est magna, et continuus dolor cordi meo* (Rom. 9. 2). Atque hic rursus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis* (Gal. 4. 19). Quidnam alvo illa beatius fuit, quæ tales filios parere potuit, qui in se Christum haberent? quid vero foecundius ea, quæ orbem progenit totum? quid ea fortius, quæ editos et adultos abortivos posset denuo concipere ac reformare? id enim in naturali

partu præter humanas est vires. Quare igitur non dixit : *Filioli mei, quos iterum progenero, sed, parturio ?* Etenim alibi generare se dicit, *In Christo enim Jesu ego vos genui* (1. Cor. 4. 15). Illic ergo cognationem tantummodo ostendere voluit, hic vero et dolorem coram statuere conatus est. Quomodo enim filios vocat, quos nondum enixus est? si enim parturit, nondum peperit : quomodo ergo filios vocat? Ut discas, illum non prioribus partus doloribus tunc cruciatum, quod satis illis erat ad ruborem. Etenim, inquit, semel factus sum pater, debitumque in vos partum toleravi, vos vero filii semel facti estis : quomodo me ad secundos iterum dolores mittitis? satis enim qui principio habentur, sunt partus dolores ; quid me secundo doloribus cruciatis? Nam fidelium lapsus, non minorem ipsi, quam qui nondum crediderant, laborem inferebant. Intolerabile enim erat post talium mysteriorum communionem videre quosdam ad impietatem sponte declinare. Quare acriter admodum ac omni muliere miserabilius ingemiscebat dicens : *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis ; Gal. 4. 19* ; Id autem dicebat, ut illis fiduciam simul et timorem induceret. Cum enim ostendit non formatum in ipsis Christum, timorem iniecit et agoniâ : eam demonstravit posse formari, iterum fiduciam iniecit. Eam enim dicitur, *Donec formetur*, utrumque ostenditur, et nondum formatum esse, et formari iterum posse : si enim fieri non posset, in vacuum ad eos dixisset, *Donec Christus formetur in vobis* ; et ipsos spe vana iactasset.

2. *Desperatio et sequitur perniciosæ.* — Hæc igitur scientes, neque ipsi a spe cadamus, sed neque omnino pigrescamus ; utraque enim hæc perniciosa. Desperatio quidem jacentem exurgere non sinit, pigritia vero et stantem cadere facit : atque illa quidem jam partis privare nos solet bonis, hæc malis quibus urgemur nos liberari non sinit, et neglectus quidem ex ipsis detrudit exilis, desperatio vero in ipsam malitiæ deducit abyssum, sicut si non desperemus, cito illinc reducimur. Considera vero utriusque vim : diabolus antea bonus erat ; pigritans vero et desperans cecidit, tantaque obrutus malitia est, ut in posterum non resurgat. Quod enim bonus fuerit, audi quid dicatur : *Vidi satanam veluti fulgur cadentem de caelo* (Luc. 10. 18). Fulguris enim similitudo, et claritatem pristinae conversationis ostendit, et casus velocitatem. Paulus blasphemus erat, et persecutor, et contumeliosus : quia vero desudavit et spe non decidit, et exsurrexit, per angelis effectus : Judas apostolus erat, sed pigritans factus est proditor. Latro item post tantum malitiæ, quia de spe non lapsus est, ante alios paradysum ingreditur : Pharisæus confidens ex ipso virtutis culmine decidit in profundum : publicanus quia non desperavit, sic erectus est, ut illum præveniret. Vis ut tibi ostendam et urbem totam hoc fecisse? Ninivitarum urbs sic omnis servata est : illos certe lata jam sententia a spe depulerat. Non enim dixit, Si pœnitentiam egerint, servabuntur : sed solum, *Tres adhuc dies, et*

Ninive subvertetur (Jon. 3. 4). Sed tamen imitante Deo, et propheta clamante, sententia dilationem non habente neque distinctionem¹, non ceciderunt animis, neque Jonas spes perdiderunt. Propterea enim distinctionem non apposuit, neque dixit, Pœnitentiam si egerint, servabuntur : quo et ipsi latam Dei sententiam sine distinctione audientes, neque sic spe cadamus, sed ad illud exemplum respicientes, non desperemus. Neque in eo solum videre est Dei clementiam, quod sententiæ nulla adhibita distinctione, tamen pœnitentibus reconciliatus sit ; sed vel ex eo etiam quod absolute lata sit. Nam augere volens timorem, ingentemque illorum segnitiam tangere, id effecit, ipsumque pœnitentiæ tempus ineffabilem ejus ostendit clementiam. Quomodo enim tres dies effecissent, ut deleteretur malitia tanta? Cernis quod etiam inde Dei providentia appareat? plus enim hæc ad ejus urbis salutem contulit.

Desperatio telum diaboli. — Hæc igitur scientes, spe nunquam cadamus. Neque enim ullum adeo validum est telum diaboli, ac desperatio ; ideoque neque tam letum cum peccantes reddamus, quam desperantes. Audi in fornicante, quod plus quam peccatum Paulus desperationem timuerit. Corinthis enim scribens sic inquit : *Omnia audite in vobis fornicatio, et talis quæ nec inter gentes nominatur* (1. Cor. 5. 1). Non dixit, *Quam nec in gentibus audient, sed, Neque nominatur* : quod rei nomine solum illis intolerabile est, id ipsi opere ausi estis. *Et vos inflati estis* (Ibid. v. 2)? Et non dixit, *Ille inflatus est* : sed eum, qui peccaverat, dimittens, sanos alloquitur ; quemadmodum medici faciunt, ægros dimittentes, apud propinquos plures sermones habent. Alioquin hi omnis arrogantia illi auctores erant, quod eum non corripere nec terrent. Crimen igitur commune fecit, quo facilis curatio vulneris esset. Grave quidem peccatum est, sed multo gravius altam sapere in peccato. Nam si de justitia inflari, justitiæ sit evacuatio : multo magis id in peccatis si contingat, maximam nobis facturam inferet, atque ipsis peccatis majus crimen fuerit. Propterea inquit : *Cum omnia quæ præcipiuntur vobis, feceritis, dicite quia servi inutiles sumus* (Luc. 17. 10). Si enim eos, qui omnia faciunt, dejicere se oportet : multo magis et peccatorem flere decet, et infimum sese omnium existimare. Id itaque ostendens, tunc dixit, *Et non magis flevistis* (1. Cor. 5. 2)? Quid dicis? aliter peccavit, et ego plorabo? Ita, inquit : corporis enim et membrorum exemplo mutuo compacti sumus ; in corpore autem tametsi pes vulnus accipiat, humi caput inclinari videmus. Et quid eo venerabilius? Sed tamen dignitatem suam non novit calamitatis tempore : idem et ipse fac. Quare et Paulus admonet, *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flenti-*

¹ si Sarravio credatur ad Salmasium scribenti, loco vocis Græcæ διαστολήν, quæ distinctionem significat, legendum est διαστολήν, id est, moram. Sed, si fallor, διαστολήν seu distinctionem optime quadrat : cæterum huic lectioni favet series ipsa ; et alioquin quater repetitur vox, διαστολήν.

γάρ ἐπὶ τῶν φυσικῶν τόκων ἀδύνατον. Διὰ τί δὲ οὐκ [281] εἶπε· *Τεκνία μου, οὐς πάλιν ἀναγεννῶ, ἀλλ' ὠδίνω;* καίτοι γε ἀλλαχοῦ γεννᾶν φησιν· *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμᾶς ἐγέννησα.* Ἐκεῖ μὲν οὖν τὴν συγγένειαν δηλοῦσαι μόνον ἐβούλετο· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν πόνον παραστήσαι ἐσπούδαζε. Πῶς δὲ τέκνα καλεῖ τὰ μηδέπω τεχθέντα; εἰ γὰρ ὠδίνει, οὐδέπω ἔτεκε· πῶς οὖν τέκνα καλεῖ; Ἴνα μάθῃς, ὅτι (οὐ) ταύτας ὠδίνει τὰς πρώτας ὠδίννας, ὅπερ ἱκανὸν ἦν ἐκείνους ἐντρέφαι. Καὶ γὰρ ἐγενόμην, φησίν, ἀπαξ πατήρ, καὶ τὸν ὀφειλόμενον ἐφ' ὑμῖν ὑπέμεινα τόκον, ἐγένεσθε δὲ τέκνα καὶ ὑμεῖς ἀπαξ· πῶς οὖν πάλιν με εἰς δευτέρας ὠδίννας ἐμβάλλετε; ἱκανοὶ οἱ πόνοι τῶν τόκων τῶν ἐξ ἀρχῆς, τί με διατείνετε πάλιν ταῖς ὀδύναις; Τῶν γὰρ μηδέπω πεπιστευκότων οὐκ ἐλάττονα πόνον παρῆχεν αὐτῷ τῶν πιστῶν τὰ πτώματα. Καὶ γὰρ ἦν ἀφόρητον, μετὰ τὴν τῶν τοιούτων μυστηρίων κοινωνίαν πρὸς τὴν ἀσέθειαν αὐτομολοῦντας ὄρῳ· διὸ καὶ σφόδρα δοιμὸν καὶ πάσης γυναικὸς περιπαθέστερον ἀνωλόλυξε, λέγων· *Τεκνία μου, οὐς πάλιν ὠδίνω. Ἀχρῖς οὐ μορρωθῆ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν.* Τοῦτο δὲ ἔλεγον, ὅτι καὶ παρόντα καὶ προήσαντα βουλόμηνος· το μὲν· ὅτι θεῖται μὴ μορρωθῆσαν ἐν αὐτοῖς τῷ Χριστῷ, ἀπονίαν καὶ φόβον ἐνεβάλλει· το δὲ ἐρρηθῆναι ὅτι δυνατὸν αὐτὸν μορρωθῆναι, πάλιν παρόντα παρεκκινᾷ. Τὸ γὰρ εἶπεν, *Ἀχρῖς οὐ μορρωθῆ*, ἀφορᾷ ταῦτά ἐστιν ἐνδοκνησθέντος, καὶ ὅτι οὐδέποτε μερόσονται, καὶ ὅτι δυνατὸν μορρωθῆναι πάλιν. Ἢ γὰρ μὴ δυνατὸν ἦν, εἰκὴ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν, *Ἀχρῖς οὐ μορρωθῆ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν*, καὶ καταίαις αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἐλπίσιν.

β'. Ταῦτα οὖν εἰδότες, μηδὲ ἡμεῖς ἀπογινώσκωμεν, ἀλλὰ ἀπὸ βλάβου ποιοῦμε, ἀπλῶς· ἑκάτερα γὰρ ταῦτα ἀσθενεῖα. ἢ μὲν γὰρ ἀπογινώσκεις τὸν καιρονοοῦν ἀφῆσιν ἀναστῆναι, ἢ δὲ βλάβου τὸν ἐσπῶτα ἢ ποιῆ καταπίπτειν· ἑκάστη τῶν πορισθέντων ἀγαθῶν ἀποστερεῖν εἶωθεν, αὐτὴ τῶν ἐπιχειρημάτων οὐκ ἀφίησιν ἀπαλλαγῆναι κακῶν· καὶ ἡ μὲν καταφρόνησις καὶ ἐξ αὐτῶν καταφέρει τῶν οὐρανῶν, ἢ δὲ ἀπόγνωσις εἰς αὐτὴν καταλείπει τῆς κακίας τὴν ἀβύσσον, ὡς περ οὖν τὸ μὴ ἀπογινῶναι κακίαν ταχέως ἀναδραμεῖν ποιῆ. Σκόπει δὲ ἀφορῶν τὴν ἰσχύν· ὁ διάβολος ἀγαθὸς ἦν πρὸ τούτου· βλάβου τῆς δὲ καὶ ἀπογινῶς ἔπεσον εἰς κακίαν κακίαν, ὡς μηδὲ ἀναστῆναι λοιπὸν· ὅτι γὰρ ἀγαθὸς ἦν, ἀκουσον τί φησιν· *εἶδον τὸν Σατανάν· ὡς ἵστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.* Ἢ δὲ ἀστραπῆς παραβολὴ καὶ τὸ φαεινὸν τῆς προτέρας δείκνυσιν ἀναστροφῆς, καὶ τὴν τῆς πτώσεως ὀξύτητα. Ὁ Παῦλος βλασφημὸς ἦν, καὶ διώκτης, καὶ ὀβρισητής· ἐπειδὴ δὲ ἐσπούδαζε καὶ οὐκ ἀπέγνω, καὶ ἀνέστη καὶ τῶν ἀγγέλων γέγονεν ἴσος· ὁ δὲ Ἰούδας ἀπόστολος ἦν, ἀλλὰ βλάβου τῆς γέγονε προδότης. Ὁ ληστής πάλιν μετὰ τούτου κακίαν, ἐπειδὴ μὴ ἀπέγνω, πρὸ τῶν ἄλλων ἀπαντων εἰς τὸν παράδεισον εἰσῆλθεν· ὁ Φαρισαῖος θαρρόθης ἐξ αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς κατημέθη τοῦ ὕψους· ὁ τελώνης μὴ ἀπογινῶς, οὕτως ὠρθῆθη ὡς κἀκαίον παραδραμεῖν. Βούλει σοι θεῖον καὶ πάλιν ἀλόκληρον τοῦτο ποιῆσαι; ἢ τῶν Νινευιτῶν πόλις οὕτως ἐσώθη πᾶσα· καίτοι γε ἡ ἀπόφασις εἰς ἀπόγνωσιν αὐτοὺς ἐνέβαλεν· οὐ γὰρ [282] εἶπεν ὅτι, *Ἐάν μετανοήσωσι, σωθήσονται, ἀλλ' ἀπλῶς,*

Ἐτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὶ καταστραφήσεται· ἀλλ' ὁμως ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ προφήτου βοῶντος, καὶ τῆς ἀποφάσεως οὐκ ἐχούσης μέλλησιν οὐδὲ διορισμὸν, οὐκ ἀνέπεισον, οὐδὲ τὰς χρηστάς προέδωκαν ἐλπίδας. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐ προσέθηκε διορισμὸν, οὐδὲ εἶπεν, *Ἐάν δὲ μετανοήσωσι, σωθήσονται,* ἵνα καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἀκούσωμεν ἀποφάσεως τοῦ Θεοῦ φερομένης χωρὶς διορισμοῦ, μηδὲ οὕτως ἀπογινώμεν, μηδὲ ἀπαγορεύσωμεν, εἰς ἐκεῖνο τὸ ὑπόδειγμα βλέποντες. Οὐ διὰ τούτου δὲ μόνον ἔστι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἰδεῖν, ὅτι μὴ προσθεῖς διορισμὸν τῆ ἀποφάσεως, ὁμως μετανοήσωσι κατηλλάγη, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τὴν ἀπόφασιν ἀπηρητισμένην ἐξαναγκεῖν. Αὐξῆσαι γὰρ τὸν φόβον βουλόμενος καὶ τῆς πολλῆς αὐτῶν βλάβου καθάψασθαι, τοῦτο ἐποίησε, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ χρόνος τῆς μετανοίας δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἄκρατον φιλανθρωπίαν. Τί γὰρ ἡμέραι τρεῖς τοσαύτον εἰργάσαντο, ὡς ἀφανίσαι κακίαν τοσαύτην; Ὅρα πῶς καὶ ἐνταῦθεν ἡ τοῦ Θεοῦ φαίνεται κηδεμονία; τὸ γὰρ πλέον αὐτὴ συνεισένηγκεν εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν.

Γ. Ταῦτα οὖν εἰδότες, μηδέποτε ἀπογινώσκωμεν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἰσχυρὸν ὄπλον τῷ διαβόλῳ, ὡς ἀπόγνωσις· διὰ τοῦτο οὐκ οὕτως αὐτὸν εὐραϊνομεν ἀκαρπάζοντες, ὡς ἀπογινώσκοντες. Ἄκουσον γὰρ ἐπὶ τοῦ πεπονηκότος, πῶς τῆς ἀκαρπίας ἀλλοτρίως ἀπόγνωσιν ἐβλάκει ὁ Παῦλος· *Ἐραρον γὰρ ἑαρήθεις αὐτῶς ἔλεγον· Ἰλλῶς ἀκουσάτω ἔρ ἔμνη πρηνεῖα, καὶ τοιαύτη πρηνεῖα ἦται οὐδὲ ἐν τοῖς ἐθνεσιν ἐπιμαίεται· καὶ οὐκ εἶπεν.* Πῶς οὐδὲ ἐν τοῖς ἐθνεσιν τοιαύται, ἀλλ' ἐπὶ δὲ ὀνομαζέται· ὁ γὰρ μέχρι προσηγορίας ἐκείνους ἀφόρητον, ταῦτα ἔργα τετόλημαται. Καὶ ἡμεῖς περυσιωμένοι ἐστέ· καὶ οὐκ εἶπε, *Καὶ ἐκεῖνος περυσίεται, ἀλλ' ἀρετῆς τὸν ἡμαρτηκότα, τοῖς ὑγιαίνουσι διαλεγεσθαι·* καθάπερ οἱ ἰατροὶ ποιῶσιν, ἀρέντας τοὺς κάμνοντας, πρὸς τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς πλείονι κέχρηται λόγῳ· ἄλλως δὲ καὶ οὗτοι τῆς ἀπονοίας αἴτιοι πάσης ἦσαν αὐτῷ, μὴ ἐπιτιμῶντες μηδὲ ἐπιπλήτταντες. Ἐκοίνωσε ἢ τοῖνον τὸ ἐγκλήμα, ἵνα βλάβου γένηται τοῦ τραύματος ἢ θεραπευαία. Δεινὸν μὲν γὰρ τὸ ἀμαρτάνειν, πολλῷ δὲ χλεπτότερον τὸ καὶ μετὰ φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἀμαρτημασιν. Εἰ γὰρ ἐπὶ δικαιοσύνη τὸ φρεσᾶσθαι κίνωσις δικαιοσύνης ἐστὶ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ἀμαρτήμασι τοῦτο συμβαίνει ἐσχάτην οἶσαι βλάβην ἡμῖν, καὶ τῶν ἀμαρτημάτων αὐτῶν μείζον τὸ ἐγκλήμα ἔσται. Διὰ τοῦτο φησιν· *Ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε ὅτι Ἀχρῖοι δοῦλοι ἐσμεν.* Εἰ δὲ οἱ πάντα ποιῶντες ὀφείλουσι συγσπάλθαι, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἡμαρτηκότα καὶ θρηγεῖν καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἑαυτὸν ἀριθμεῖν ἄξιον. Ὅπερ οὖν καὶ τότε δηλῶν ἔλεγε· *Καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε; Τί λέγετε; ἕτερος ἡμαρτα, καὶ ἐγὼ πανθήσω; Ναί, φησὶ· σώματος γὰρ καὶ μελῶν δικην ἀλλήλοις ἐσμέν συνδεδεμένοι· ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος κἂν ὁ πούς δέξηται τραῦμα, τὴν κεφαλὴν ἐπικύπτουσαν δοῶμεν. Καίτοι τί ταύτης σεμνότερον; Ἄλλ' οὐκ ὄρα τὴν ἀξίαν ἐν τῷ καρῷ τῆς συμφορᾶς;* [283] οὕτω καὶ τὸ ποιῆσον. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος παραινεῖ· *Χαίρειν μετὰ χαϊρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.* Διὰ τοῦτο καὶ Κορινθίοις φησὶ· *Καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῆ ἐκ μέσον*

* Saviil. καὶ τὸν ἐσπῶτα, bene. Edit.

ἢ Alit ἐκοίνωσε, alit ἐκοινωνῆσαι.

ὑμῶν ὃ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας; Οὐκ εἶπε Καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐσπουδάσατε, ἀλλὰ τί; Οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ὡς νόσου κοινῆς καὶ λοιμοῦ τὴν πόλιν καταλαβόντος· μονονουχὶ λέγων· Εὐχῆς καὶ ἐξομολογήσεως δεῖ καὶ ἰκετηρίας, ἵνα τὸ νόσημα ἀπελαθῆ τῆς πόλεως ἀπάσης. Ὁρᾷς πόσον αὐτοῖς φόβον ἐπεκρέμασεν; Ἐπειδὴ γὰρ ἐνόμιζον μέχρις ἐκείνου μόνον ἐστάναι τὸ δεινόν, ἐναγωνίους αὐτοὺς καθίστησι λέγων· Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὄλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁδῶ τὸ κακὸν βαδίζον, καὶ τῶν λοιπῶν ἄφεται μελῶν· ὡς ὑπὲρ κοινῶν τοίνυν κακῶν βουλευομένους, οὕτω φροντίζειν χρῆ. Μὴ γάρ μοι τοῦτο εἶπης, ὅτι ἐκεῖνος ἤμαρτε μόνος, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι σηπεδῶν τίς ἐστὶ τὸ δεινόν, καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν ἐπινέμεται σῶμα. Καὶ καθάπερ οἰκίας καιομένης, καὶ οἱ μηδέπω δεξάμενοι τὸ κακόν, τῶν ὄντων ἐν τῇ συμφορᾷ οὐκ ἔλαττον ἐπείγονται καὶ πάντα συνεισφέρουσιν, ὥστε μὴ τὴ πῦρ ἐπειγόμενον καὶ ἐπὶ τὰς αὐτῶν θύρας ἔλθῃ^α· οὕτω καὶ τούτους ὁ Παῦλος διεγείρει λέγων· Πυρὰ τίς ἐστὶ, προκαταλάβωμεν τὸ δεινόν· σβέσωμεν τὸν ἐμπρησμόν, πρὶν ἢ καταλαθεῖν τὴν Ἐκκλησίαν· εἰ δὲ καταφρονεῖς τῆς ἁμαρτίας ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ γενομένης σώματι, μάλιστα μὲν καὶ οὕτω κακῶς· μέλος γάρ ἐστι τοῦ παντός σώματος ἐκεῖνος.

γ'. Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι ἂν ῥαθυμῆσῃς καὶ παρίδῃς, καὶ σὲ καταλήφεται ποτε. Ὡστε εἰ καὶ μὴ δὲ τὸν ἀδελφόν, διὰ γοῦν σαυτὸν διεγέρθητι, καὶ ἀνάστειλον τὸν λοιμόν, καὶ προκατάσχε τὴν σηπεδόνα, καὶ τὴν νομὴν διάκοπον. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ πλείονα τούτων εἰπόν, καὶ κλεύσας παραδοῦναι αὐτὸν τῷ Σατανᾷ, φησὶν ὕστερον, ἐπειδὴ μετεβάλετο καὶ βελτίων ἐγένετο· Ἰκανὸν τῷ τοιοῦτῳ ἢ ἐπιτιμία αὐτῆ ἢ ὑπὸ τῶν πλειόνων· κυρώσατε οὖν εἰς αὐτὸν ἀγάπην. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν κοινὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον κατέστησεν ἅπασι καὶ τῆς ἀγέλης ἐξέβαλε καὶ τοῦ σώματος ἀπέκοψεν, ὅρα πόση κέρρηται σπουδῆ, ὥστε κολλησαὶ καὶ συνάψαι πάλιν αὐτόν. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἀγαπήσατε αὐτὸν ἀπλῶς, ἀλλὰ, *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην*, τουτέστι βεβλίαν, καὶ ἀκίνητον ἐπιδείξασθε τὴν φιλίαν, θερμὴν τινα καὶ ζέουσαν καὶ πεπυρωμένην, ἀντίρροπον τῆς προτέρας ἀπεχθείας τὴν εὐνοίαν εἰσαγάγετε. Τί γέγονεν; εἶπέ μοι· οὐχὶ τῷ Σατανᾷ παρέδωκας αὐτόν; Ναί, φησὶν, ἀλλ' οὐχ ἵνα μένη ἐν ταῖς τοῦ Σατανᾷ χερσίν, ἀλλ' ἵνα ἀπαλλαγῆ ταχέως αὐτοῦ τῆς τυραννίδος. Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, σκόπει πῶς δέδοικε τὴν ἀπόγνωσιν ὁ Παῦλος, ὡς μέγα ὄπλον τοῦ διαβόλου· εἰπὼν γὰρ, *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην*, καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι· *Μὴ πως τῇ περισσοτέρῃ λύπῃ καταποθῆ ὁ τοιοῦτος*. Ἐν τῇ φάρυγγι τοῦ λύκου, φησὶν, ἐστὶ τὸ πρόβατον· φθάσωμεν τοίνυν, προεξαρκάσωμεν^β πρὶν ἢ καταπίῃ καὶ διασφείρῃ τὸ μέλος ἡμῶν. Ἐν κλυδωνίῳ νῦν ἐστὶν ἡ ναῦς, πρὸ τοῦ ναυαγίου διασῶσαι αὐτὴν σπουδάσωμεν. Καθάπερ γὰρ θαλάττης αἰρομένης καὶ κυμάτων [284] πάντοθεν κορυφουμένων, ὑποβρύχιον γίνεται τὸ σκάφος, οὕτω καὶ ψυχὴ τῆς ἀθυμίας αὐτὴν πάντοθεν περιστοιχιζομένης, ἀποπνίγεται ταχέως, ἐὰν μὴ τινα ἔχη τὴν χεῖρα ὀρέγοντα, καὶ ἡ σωτήριος ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι λύπη ὀλέθριος ὑπὸ τῆς ἀμετρίας γίνεται. Καὶ ὅρα πῶς ἀκριδῶς εἶπεν· οὐ γὰρ εἶπε, *Μὴ ἀπολέσῃ* αὐτὸν ὁ διάβολος, ἀλλὰ τί; *Μὴ*

πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾷ· πλεονεξία δὲ ἐστὶ τὸ τῶν ἀλλοτρῶν ἐφίεσθαι. Δεικνύς τοίνυν ὅτι ἀλλότριος αὐτοῦ γέγονε λοιπὸν, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ποιμνῆς οἰκεῖον ἑαυτὸν διὰ τῆς μετανοίας κατέστησεν, φησὶ· *Μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾷ*. Ἐὰν γὰρ κατάσχη λοιπὸν αὐτόν, ἡμέτερον ἀρπάζει μέλος, τὸ τῆς ἀγέλης λαμβάνει πρόβατον· ἀπέθετο γὰρ τὴν ἁμαρτίαν διὰ τῆς μετανοίας.

Εἰδὼς τοίνυν ὁ Παῦλος, ὅπερ ἐποίησεν ὁ διάβολος ἐπὶ τοῦ Ἰούδα, ἔδεισε μὴ καὶ ἐνταῦθα τὸ αὐτὸ γένηται τοῦτο. Τί δὲ ἐποίησεν ἐπὶ τοῦ Ἰούδα; Μετενόησεν ὁ Ἰούδας· *Ἥμαρτον* γὰρ, φησὶ, *παραδούς αἷμα ἀθῶον*· ἤκουσε τῶν ῥημάτων τούτων ὁ διάβολος· ἔγνω τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀρχόμενον ὁδοῦ καὶ πρὸς σωτηρίαν βαδίζοντα, καὶ ἐφοδῆθη τὴν μεταβολὴν. Φιλάνθρωπον, φησὶν, ἔχει δεσπότην· ὅτε ἐμελλεν αὐτὸν προδιδόναι, ἐδάκρυσεν αὐτόν καὶ μυρία παρεκάλεσεν· οὐ πολλῶ μᾶλλον μετανοοῦντα δέξεται; Ἀδιόρθωτον ὄντα ἐφειλύσατο καὶ ἐκάλεσεν· οὐ πολλῶ μᾶλλον διορθωθέντα καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐπιγνόντα ἐπισπάσεται; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σταυρωθῆναι ἤλθε. Τί οὖν ἐποίησεν; Ἐθορύθησεν αὐτόν· ἐσκότωσε τῇ τῆς ἀθυμίας ὑπερβολῇ, ἐδίωξεν, ἤλασεν ἕως ἐπὶ τὸν βρόχον ἤγαγε, καὶ τῆς παρουσίας ὑπεξήγαγε ζωῆς, καὶ τῆς προθυμίας τῆς κατὰ τὴν μετάνοιαν ἀπεστέρησεν. Ὅτι γὰρ, εἰ ἔζη, καὶ αὐτὸς ἐσώθη ἂν, δῆλον ἐκ τῶν σταυρωσάντων· εἰ γὰρ τοὺς ἐπὶ τὸν σταυρὸν αὐτὸν ἀναβιβάσαντας ἔσωσε, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ ὦν παρεκάλει τὸν Πατέρα, καὶ συγγνώμην αὐτοῖς ἤτει τοῦ τολμήματος, εὐδὴλον ὅτι καὶ τὸν προδόντα, εἰ νόμῳ τῷ προσήκοντι τὴν μετάνοιαν ἐπεδείξατο, μετὰ πάσης ἂν εὐμενείας ἐδέξατο· ἀλλ' ἐκεῖνος οὐκ ἠνέσχετο ἐμμεῖναι τῷ φαρμάκῳ, τῇ περισσοτέρῃ λύπῃ καταποθείς. Τοῦτο τοίνυν καὶ ὁ Παῦλος φοβούμενος, ἐπιγίγει τοὺς Κορινθίους ἐξαρκάσαι τῆς φάρυγγος· τοῦ διαβόλου τὸν ἄνθρωπον. Καὶ τί χρῆ λέγειν τὰ Κορινθίων; Πέτρος μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν ἠρνήσατο τρίς, καὶ δακρύσας ἀπῆλειψεν ἅπαντα· Παῦλος διώκτης ὦν καὶ βλάσφημος καὶ ὑβριστής, καὶ οὐχὶ τὸν σταυρωθέντα μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐκείνου διώκων, μετανοήσας, ἀπόστολος γέγονε. Μόνον γὰρ πρόφασιν ὁ Θεὸς βραχεῖν ἐπιζητεῖ παρ' ἡμῶν, καὶ πολλῶν ἡμῖν ἁμαρτημάτων χαρίζεται ἄφρονι^δ. Εἶπω καὶ παραβολὴν τοῦτο αὐτὸ ἐγγυωμένην ὑμῖν.

δ'. Δύο τινὲς ἦσαν ἀδελφοί· διανειμάμενοι δὲ τὴν πατρικὴν περιουσίαν ἑκάτεροι, ὁ μὲν αὐτῶν ἐμείνεν ἐπὶ τῆς οἰκίας· ὁ δὲ πάντα τὰ δοθέντα καταφαγών, εἰς τὴν ὑπερορίαν μετέστη, τὴν ἀπὸ τῆς πενίας οὐ φέρων ἀισχύνην. Ταύτην δὲ τὴν παραβολὴν προήχθη εἰπεῖν, ἵνα μάθητε, ὅτι καὶ τῶν μετὰ τὸ βάπτισμα ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἄφρονις, ἐὰν προσέχωμεν· λέγω δὲ οὐχ ἵνα εἰς ῥαθυμίαν ἐμβάλω, ἀλλ' ἵνα ἀπὸ [285] ἀπογνώσεως ἀπαγάγω· καὶ γὰρ χεῖρονα τῆς ῥαθυμίας ἡμᾶς ἢ ἀπόγνωσις ἐργάζεται κακά. Οὗτος τοίνυν ὁ υἱὸς εἰκόνα τῶν μετὰ τὸ λουτρὸν φέρει πεσόντων· ὅτι δὲ τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα παραπεσόντας δηλοῖ, δῆλον ἐκείθεν· υἱὸς γὰρ λέγεται· οὐδεὶς δὲ υἱὸς βαπτίσματος ἂν κληθεῖν χωρὶς. Καὶ τὴν οἰκίαν δὲ ὥκει τὴν πατρίαν, καὶ τὰ πατρῶα διενεῖματο πάντα· πρὸ

^α Αἰεὶ ἐλθεῖν.

^β Sic Savil. recte; editum fuerat προεκαρκάσωμεν. Edit.

^γ Αἰεὶ τοῦ φάρυγγος.

^δ Colb. παρ' ἡμῶν, καὶ πάντα ἀφίησιν ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα.

^ε Colb. μετέστη· εἶτα τὴν ἀπὸ τῆς πενίας.

Luc (Rom. 12. 15). Ideo et Corinthiis dicit : *Et non magis flevistis, ut tolleretur de medio vestrum qui opus id fecerat* (1. Cor. 5. 2)? Non dixit, Et non magis studistis : sed quid? *Non magis flevistis*, quasi morbo communi et peste civitatem comprehendente : quasi diceret, Oratione opus est et confessione et precibus, quo morbus e tota civitate pellatur. Vides quantum his timoris incussit? Nam quoniam putabant ad illum dumtaxat pervenisse malum ac constitisse, eos sollicitos reddit, dicens : *Nescitis quod modicum fermentum totam massam corrumpit* (1 Cor. 5. 6)? Quod autem dicit, tale est : malum ultra procedens, reliqua attinget membra : veluti de communi malo consulentes, sollicitos vos esse decet. Neque id mihi dixeris, quod ille solus peccavit, sed illud considera, quod sanies quædam est peccatum, reliquum corporis depascens. Ac veluti domo ardente, qui nondum malo læduntur, his, qui in malo sunt, molestia non minori premuntur, atque universa conserunt, quo neurgens ignis ad proprias invadat domos : sic et istos Paulus excitat, dicens : *Pyra quædam est, præveniamus malum : exstinguamus incendium, priusquam Ecclesiam invadat ; si vero neglexeris peccatum, veluti in alieno existens corpore, maxime quidem vel sic male. Ille enim homo membrum totius est corporis.*

3. Verum et id considera, quod si pigritatus fueris ac spreveris, te quoque quandoque comprehendet : quare si non fratris, tua tamen causa exciteris. Reprime pestem, saniem coerce, depopulationem amputa. Hæc et his plura dicens, et mandans tradi illum satanæ, denique inquit, quandoquidem conversus, et melior factus est : *Satis huic ea fuit objurgatio a pluribus : confirmate igitur in eum caritatem* (2. Cor. 2. 8). Postquam enim eum communem inimicum et adversarium statuit universis et a grege exclusit atque a corpore recidit, vide quanto in eum utitur studio, ut eum rursus jungat et annectat. Non modo, *Amate eum*, dixit : sed, *Confirmate super eum caritatem*, id est, firmam et immobilem in eum ostendite amicitiam, calentem quamdam et fervidam atque ignitam : æquivalentem priori inimicitie dilectionem inferte. Quid factum est, quæso? nonne tradidisti eum satanæ? Ita, inquit, sed non quo in manibus satanæ permaneat, sed ut ab ejus tyrannide cito liberetur. Et quemadmodum dixi, considera quam timuerit desperationem Paulus tamquam magnam diaboli armaturam : cum dixisset enim : *Confirmate super eum caritatem*; et causam addit, *Ne forte nimia tristitia absorbeat qui est ejusmodi* (Ib. v. 7). In lupi faucibus est ovis : præveniamus igitur, præripiamus autequam absorbeat aut corrumpat nostrum membrum. Periclitatur navis : priusquam obruatur, eripere naufragio studeamus. Quemadmodum enim mari sese tollente et fluctibus usque ad summum se elevantibus, scapha demergitur : sic et anima undique mœrore circumdata, velociter suffocatur, ni quempiam habuerit qui manum porrigat : et quæ salutaris in peccatis est mœstitia, exitialis est si immoderata

sit. Ac vile quomodo accurate loquutus sit : non enim dixit. Ne hunc diabolus perdat : sed quid? *Ut non circumveniamur a satana* (2 Cor. 2. 11). Circumvenire autem hic est aliena concupiscere : ostendens igitur ipsum alienum ab eo de cætero factum, atque in Christi gregem se per poenitentiam reduxisse, ait, *Ne circumveniamur a satana*. Si enim de cætero comprehendat eum, nostrum rapiet membrum, de grege ovem surripiet : nam poenitentia peccatum deposuit.

Judas si non desperasset, salutem consequuturus erat. — Sciens igitur Paulus quid fecerat diabolus Judæ, timuit ne hic fortasse idem faceret. Quid autem fecit in Juda? Poenitit Judam : *Peccavi*, inquit, *tradens sanguinem justum* (Matth. 27. 4) : audivit hæc verba diabolus, novit eum in melius viam inire et ad salutem tendere, timuitque mutationem. Clementem, inquit, dominum habet : qui cum se traditurus fuerat, ploravit : atque ipsum miris provocavit modis ; annon multo magis poenitentem suscipiet? Obstinatum et incorrectum allexit et vocavit ; nonne multo magis correctum et peccatum agnoscentem trahet? idcirco enim crucifigendus venit. Quid ergo fecit? Exterruit eum et obtenebravit mœroris magnitudine, persecutus est, impulit donec ad laqueum duxit, atque e præsentia eduxit vita, poenitentiaque proposito privavit. Quod enim si vixisset, et ipse salutem consequuturus esset, palam est ex crucifixoribus. Si enim hos qui eum crucifixerant salute donavit, et ipse in cruce existens rogavit Patrem, indulgentiamque tantæ audaciæ postulavit : constat quod et ipsum proditorem digne poenitentem cum omni mansuetudine suscepisset ; sed ille in remedio manere non tulit, mœrore nimio absorptus. Id igitur et Paulus timens, Corinthios sollicitabat eripere a faucibus diaboli hominem. Et quid opus est de Corinthiis dicere? Petrus enim post mysteriorum communionem ter negat, et plorans delevit omnia : Paulus persecutor, blasphemus et contumeliosus, non crucifixum modo, sed illius universos persequens, poenitentia ductus, apostolus efficitur. Solum a nobis Deus occasionem vel parvam requirit, atque universa dimittit nobis peccata. Dicam vobis et parabolam id ipsum confirmantem.

4. Duo quidam erant fratres, paternaque divisa substantia, horum unus quidem domi mansit, alter autem cuncta quæ obvenerant, comedens, patria extorris factus erat, paupertatis non ferens pudorem (*Luc. 15. 11. sqq*). Hanc autem parabolam in medium idcirco protuli, quo sciatis et peccatorum quæ post baptismum contrahuntur, remissionem esse, si attendamus : dico autem non uti ad inertiam compellam, sed ut a desperatione revocem : nam desperatio quam inertia majora nobis confert mala. Hic igitur filius eorum, qui post baptismum lapsi sunt, imaginem præ se fert ; eos enim qui post baptismum lapsi sunt eum significare hinc constat, quod filius dicatur : nam extra baptismum nemo filii appellatione nominatur. Et domum habitaverat paternam, et paternam omnem

substantiam diviserat; ante baptismum autem non licet paterna accipere, neque hereditatem consequi: ita ut ex his omnibus fidelium status adumbretur. Et probi frater erat; frater vero sine spirituali regeneratione nequaquam fuerit. Hic igitur ad summam malitiam delapsus, quid inquit? *Revertar ad patrem meum* (Luc. 15. 18). Propterea hunc pater dimiserat, neque prohibuerat, quominus in regionem abiret alienam, quatenus experimento disceret accurate, quantum beneficium susceperit domi manens. Sæpe enim Deus, cum dictis minus suadet, rerum experimentis doctrinam permittit. Quod et ad Judæos dicebat: quoniam quidem infinita per prophetas verba cum impendisset, non suasit neque illexit; permittens eos per flagella corrigi, dicit illis: *Corripiet te rebellio tua, et malitia tua arguet te* (Jer. 2. 19). Oportuerat ipsum quidem fide dignum haberi vel ante ipsarum rerum eventum; quoniam vero tam stupidi fuerunt, ut eo monente et consulente non crederent, cum eos prius repressisset, ne malitiæ obtemperarent, permisit eos rerum eventu corrigi, quo vel sic eos recuperaret. Postquam igitur concedens ille prodigus, in alienam terram rebus ipsis perdidit, quid mali sit paterna domo excidere, et rediit, non fuit memor injuriæ pater, sed passis eum suscepit manibus. Quid ita? Quia pater, non iudex erat. Et choreæ et epulæ et festi conventus deinde facti sunt, lætaque et gaudens erat domus. Quid dicis? hæcæine sunt malitiæ præmia? Non malitiæ, o homo, sed reditus: non peccati, sed pœnitentiæ: non improbitatis, sed in melius mutationis: et quod est majus, de his indignatus est major filius; hic autem et ipsum mansuete mitigavit, dicens: *Quoniam tu quidem semper mecum es, hic vero perierat, et inventus est: mortuus erat, et revixit* (Luc. 15. 31. 32). Cum vero perditum servare oportet, inquit, non iudicii tempus est, neque subtilioris examinis, sed clementiæ veniæque duntaxat. Nullus enim medicus, misso medicamentorum usu, incontinentiæ pœnas ab eo exegerit. Si vero pœnas eum dare oportuit, satis pœnarum, cum in aliena regione versatus est, dedit. Tanto enim a nobis tempore segregatus, fame dedecoreque ac summis conflictatus malis, laborabat: propterea inquit, *Perierat, et inventus est: mortuus erat, et revixit*. Non enim, inquit, attende præsentia, sed prioris calamitatis magnitudinem considera: fratrem intueris, non alienum: ad patrem reversus est, qui priorum ne vel minimum recordari potest; magis vero eorum solum

reminiscitur, quæ ad compassionem, misericordiam, clementiam, indulgentiam trahere possunt genitoribus accommodatam. Propterea non quæ fecit, dixit, sed quæ passus est: non quod substantiam dissipaverit, meminit, sed quod innumeris conflictatus sit malis. Sic et ovem tanto studio quæsivit, vel etiam majori: hic enim ipse rediit filius, illic autem ipse abiit pastor, et inveniens reduxit, et lætatus est super ea magis, quam super cæteris, quæ salvæ erant. Vide autem quomodo reduxit: non flagellavit, sed ferens humeris rursus gregi reddidit (Luc. 15. 4. 6). Hæc igitur intelligentes, non modo a redeuntibus non averti Deum, sed hoc non minori cum jucunditate, quam ipsos qui recte se gesserint, recipere: nec modo pœnas non exigere, sed ad errantium inquisitionem proficisci: ac de his repertis amplius gaudet, quam de cæteris tuto in loco perseverantibus; ipsi neque malis obruti, spem deponamus, neque bonis abundantes, confidamus; sed et cum recte nos gesserimus, timeamus, ut ne per confidentiam labamur, et ut lapsi pœnitentiam agamus. Quod enim incipiens dixi, et nunc dico, duo hæc: stantem confidere, et desperare jacentem, proditiorem salutis nostræ esse. Quare stantes cautiores reddens Paulus dicit, *Qui se putat stare, videat ne cadat*. Et iterum, *Timeo ne forte aliis prædicans ipse reprobus fiam* (1 Cor. 10. 12; 9. 27): jacentes autem erigens, et ad ulterius excitans studium, testificabatur Corinthiis sic scribens, *Ne forte multos defleam, qui ante peccaverunt, et pœnitentiam non egerunt* (2. Cor. 12. 21): ostendens non tam peccantes, quam non pœnitentes dignos lacrymis esse. Et propheta ad eosdem: *Numquid qui cadit, non resurgit, aut aversus non revertitur* (Jer. 8. 4)? Quare et eosdem exhortans David dicit, *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione* (Psal. 94. 8). Quamdiu igitur hodie dicitur, ne animum despondeamus; sed bonam in Domino spem habentes, et pelagus ejus clementiæ recogitantes, omnem conscientiam excutientes malam multa cum spe propositoque adhæreamus virtuti, et pœnitentiam majorem in modum ostendamus, ut hic universa deponentes peccata multa fiducia coram Christi tribunali stare possimus, regnumque cælorum consequi. Cujus omnes nos participes fieri contingat, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patri, simulque sancto Spiritui gloria, imperium, et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE PŒNITENTIA,

ET DE MŒSTITIA REGIS ACHAAB, ET DE JONA PROPHETA (a).

ROMILIA II.

4. Vidistis superiori Dominica pugnam et victoriam, pugnam quidem diaboli, victoriam autem Christi? vidistis, ut pœnitentia laudaretur, et diabolus

(a) Collata cum Mss. Reg. 1828, 1829, 2052, 2424. Hæc homilia tertium locum obtinet in Savino.

plagam non ferret, sed trepidaret et horreret? Quid times, o diabole, dum pœnitentia laudatur? quid gemis? quid horres? Merito sane, inquit, gemo et affligor: magna mihi vasa rapuit pœnitentia ista. Quænam illa tandem? Meretricem, publicanum, latronem, blasphemum. Enimvero multa vasa ejus sine dubio

δὲ βραπίσματος οὐκ ἔστι πατὴρ * λαβεῖν, οὐδὲ δέξασθαι κληρονομίαν· ὥστε διὰ πάντων ἡμῖν τούτων τὸ τῶν πιστῶν αἰνίττεται τάγμα. Καὶ ἀδελφός δὲ ἦν τοῦ εὐδοκίμηκός· ἀδελφός δὲ οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς πνευματικῆς ἀναγεννήσεως. Οὗτος τοίνυν εἰς κακίαν ἐσχάτην πεσὼν, τί φησιν; Ἐπανήξω πρὸς τὸν πατέρα μου· διὰ γὰρ τοῦτο αὐτὸν καὶ ἀφῆκεν ὁ πατήρ, καὶ οὐκ ἐκώλυσεν εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπελθεῖν, ἵνα διὰ τῆς πείρας μάθῃ καλῶς, ὅσης ἀπήλαυσεν εὐεργεσίας οἴκοι μένων. Πολλάκις γὰρ ὁ Θεὸς ὅταν λέγων μὴ πείθῃ, τῇ διὰ τῶν πραγμάτων πείρᾳ τὴν διδασκαλίαν ἀφήσιν· ὅπερ οὖν καὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν. Ἐπειδὴ γὰρ μυρίου ἀναλώσας διὰ τῶν προφητῶν λόγους, οὐκ ἔπεισεν οὐδὲ ἐπεσπάτατο, ἀφείλετο διὰ τῆς κολάσεως αὐτοὺς παιδευθῆναι, φησὶ πρὸς αὐτούς· *Παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε.* Ἐδεῖ μὲν γὰρ αὐτὸν ἀξιόπιστον εἶναι καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκθάσεως· ἐπειδὴ δὲ οὕτως ἀναίσθητως διέκειντο, ὡς ἀπιστεῖν αὐτοῦ ταῖς παραίνεσσι καὶ ταῖς συμβουλαῖς, προαναστέλλων τῇ κακίᾳ μὴ πείθεσθαι, ἐπιτρέπει διὰ τῶν πραγμάτων αὐτοὺς παιδευθῆναι, ἵνα οὕτως αὐτοὺς ἀνακτήσῃται πάλιν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀπελθὼν ὁ ἄσωτος εἰς τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν μαθὼν ὅσον κακὸν ἐκπεσεῖν πατρῴας οἰκίας, ἐπανήλθεν, οὐκ ἐμνησικακήσεν ὁ πατήρ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς αὐτῶν ἐδέξατο ταῖς χερσὶ. Τί δὴ ποτε; Ὅτι πατήρ ἦν, καὶ οὐ δικαστής. Καὶ χοροὶ, καὶ θαλίαι, καὶ πανηγύρεις λοιπὸν, καὶ φαιδρὰ καὶ περιχαρῆς ἦν ἡ οἰκία πάσα. Τί λέγεις; αὗται τῆς κακίας αἱ ἀμοιβαί; Οὐχὶ τῆς κακίας, ἄνθρωπε, ἀλλὰ τῆς ἐπανόδου· οὐχὶ τῆς ἀμαρτίας, ἀλλὰ τῆς μετανόιας· οὐχὶ τῆς πονηρίας, ἀλλὰ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς. Καὶ τὸ δὴ μείζον, ἠγανάκτησεν ἐπὶ τούτοις ὁ υἱὸς ὁ πρότερος· ὁ δὲ καὶ τοῦτον πρῶτος ἐπεισε λέγων, *Ὅτι σὺ μὲν αἰεὶ μετ' ἐμοῦ διέτριβες, οὗτος δὲ ἀπολωλώς ἦν, καὶ εὐρέθη· νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησεν.* Ὅταν δὲ τὸν ἀπολωλὸτα διασῶσαι δέη, φησὶν, οὐ δικαστηρίων καιρὸς, οὐδὲ ἀκριβοῦς ἐξετάσεις, ἀλλὰ φιλανθρωπίας καὶ συγγνώμης μόνον. Οὐδεὶς ἰατρὸς ἀφείλετο ἐπιθεῖναι φάρμακον τῷ κάμνοντι, τῆς ἀταξίας αὐτὸν εὐθύνει ἀπαιτεῖ καὶ τιμωρίαν. Εἰ δὲ καὶ δίκην αὐτὸν ὅλως δοῦναι ἐχρῆν, ἱκανὴν ἔδωκε δίκην τὴν ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ διατριβῇ. Τοσούτου γοῦν χρόνον τῆς ἡμετέρας ἐχωρίσθη συνουσίας, καὶ λιμῶ καὶ ἀτιμίας καὶ τοῖς ἐσχάτοις παλαιῶν κακοῖς διετέλεσε. Διὰ τοῦτο φησιν, *Ἀπολωλώς ἦν, καὶ εὐρέθη· νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε.* Μὴ τὰ παρόντα ἴδῃς, φησὶν, ἀλλ' ἐννόησον τῆς προτέρας συμφορᾶς τὸ μέγεθος· ἀδελφὸν ὄρα, οὐκ ἀλλότριον. Πρὸς πατέρα ἐπανήλθεν, οὐδὲν [286] δυνάμενον ἀναμνησθῆναι τῶν προτέρων· μᾶλλον δὲ

ἐκεῖνα μὲνημένον μόνον, ἅπερ εἰς συμπάσειαν ἀγαγεῖν δύναται καὶ ἔλεον καὶ στοργὴν καὶ φειδῶ τὴν τοῖς γεγεννηκόσι προσήκουσαν. Διὰ τοῦτο οὐχ ἅπερ ἔπραξεν εἶπεν, ἀλλ' ἅπερ ἔπαθεν· οὐχ ὅτι κατέφαγε τὴν οὐσίαν ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ὅτι μυριοῖς περιέπεσε κακοῖς. Οὕτω τὸ πρόβατον ἐζητεῖ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς· μᾶλλον δὲ μετὰ μείζονος. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ αὐτὸς ἐπανήλθεν ὁ υἱός· ἐκεῖ δὲ αὐτὸς ἀπήλθεν ὁ ποιμὴν, καὶ εὐρὼν ἤγαγε, καὶ ἔχαιρεν ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς διασσωσμένοις ἅπασιν. Ὅρα δὲ καὶ πῶς ἐπανήγαγεν· οὐκ ἐμάστιξεν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὤμων φέρων καὶ βαστάζων, πάλιν τῇ ποιμνῇ ἀπέδωκε. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἀποστρέφεται ἐπανιόντας, ἀλλὰ καὶ τῶν κατωρθωκότων οὐκ ἐλαττον δέχεται· ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἀπαιτεῖ δίκην, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐπιζήτησιν τῶν πεπλανημένων ἔρχεται καὶ τῶν διασσωσμένων μᾶλλον ἐπὶ τῇ τούτων εὐρέσει χαίρει, μήτε ἐν πονηροῖς ὄντες ἀπογινώσκωμεν, μήτε ἐν ἀγαθοῖς ὄντες θαρβύωμεν, ἀλλὰ καὶ κατορθοῦντες, φοβώμεθα, ἵνα μὴ θαρβύσαντες πίσωμεν, καὶ ἀμαρτάνοντες μετανοῶμεν. Ὅπερ γὰρ ἀρχόμενος εἶπον, τοῦτο λέγω καὶ νῦν, ὅτι προδοσία τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ταῦτα ἀμφοτέρω, καὶ τὸ θαρβεῖν ἐστῶτα, καὶ τὸ ἀπογινώσκειν κείμενον. Διὸ τοὺς μὲν ἐστῶτας ἀσφαλιζόμενος ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὁ δοκῶν ἐστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ.* Καὶ πάλιν· *Φοβοῦμαι, μὴ πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι·* τοὺς δὲ κείμενους ἀνιστάς καὶ εἰς προθυμίαν πλείονα διεγείρων, διεμαρτύρατο Κορινθίοις γράφων οὕτως· *Μὴ πως πενθήσω πολλοὺς τῶν προσημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων·* δεικνύς ὅτι οὐχ οὕτως εἰ ἀμαρτάνοντες ὡς οἱ μὴ μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς ἀμαρτήμασιν εἰσι θρήνων ἄξιοι. Καὶ ὁ προφήτης δὲ πρὸς αὐτοὺς φησὶ· *Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει;* Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ τούτους αὐτοὺς παρακαλεῖ λέγων· *Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ.* Ἔως οὖν τὸ σήμερον λέγεται, μὴ ἀπογινώσκωμεν, ἀλλὰ χρηστάς εἰς τὸν Δεσπότην ἔχοντες τὰς ἐλπίδας, καὶ τὸ πέλαγος αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας ἐννοοῦντες, πᾶν πονηρὸν ἀποτιναξάμενοι συνειδῶς, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας, καὶ τῆς ἐλπίδος ἐπιλαβώμεθα τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν μετάνοιαν μεθ' ὑπερβολῆς ἐπιδειξώμεθα πάσης, ἵνα πάντα ἐνταῦθα ἀποθέμενοι τὰ ἀμαρτήματα, μετὰ παύσεως δυνηθῶμεν στῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς βασιλείας τυχεῖν τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* Savil. πατρίων.

[287] ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ.

Καὶ εἰς τὴν σκληροπρότητα βασιλέως Ἀχαάθ, καὶ εἰς Ἰωνᾶν τὸν προφήτην.

Ὁμιλία θ'.

α'. Εἶδετε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ πόλεμον καὶ νίκην, πόλεμον μὲν τοῦ διαβόλου, νίκην δὲ τοῦ Χριστοῦ; εἶδετε πῶς μετάνοια ἐνεκωμιάζετο, καὶ ὁ διάβολος τὴν πληγὴν οὐκ ἐβάστασεν, ἀλλ' ἐφοβήθη καὶ ἐφριξέ;

Τί δέδοικας, ὦ διάβολε, μετανόιας ἐγκωμιαζομένης; τί δόρυ, τί φρίττεις; Ναί, φησὶ, δικαίως δόρυμαι καὶ θλίβομαι· μεγάλα μου σκευὴ ἤρπασεν ἡ μετάνοια αὐτῆ. Ποῖα ταῦτα; Τὴν πόρνην, τὸν τελώνην, τὸν ληστὴν, τὸν βλάσφημον. Καὶ γὰρ ἀληθῶς πολλὰ

σκεύη αὐτοῦ ἤρπασεν ἡ μετάνοια, καὶ αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ καθεῖλε, καὶ καιρίαν ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μετανόιας. Εἴση, ἀγαπητὲ, ἀφ' ὧν ἡ πείρα πρώην ἔδειξε. Τίνος οὖν ἕνεκεν ὁμιλίας τοιαύτης οὐκ ἀπολαύομεν, καὶ ἐφ' ἐκάστης εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπαντῶμεν, τὴν μετάνοιαν ἀσπαζόμενοι; Κἂν ἀμαρτωλὸς ᾦς, εἰσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα λέγῃς τὰς ἀμαρτίας σου· κἂν δίκαιος ᾦς, εἰσελθε, ἵνα μὴ ἐκπέσης τῆς δικαιοσύνης· λιμὴν γὰρ ἀμφοτέροις ἐστὶν ἡ ἐκκλησία.

Ἄμαρτωλὸς εἶ; μὴ ἀπογνῶς, ἀλλ' εἰσελθε μετάνοιαν προβαλλόμενος. Ἡμαρτες; εἶπε τῷ Θεῷ ὅτι, Ἡμάρτηκα. Ποῖος κάματος οὗτος; ποῖα περίοδος; ποῖα θλίψις; ποῖα στενοχωρία λόγον εἰπεῖν ὅτι, Ἡμαρτον; Μὴ γὰρ σὺ, σαυτὸν ἐὰν μὴ εἴπῃς ἀμαρτωλὸν, οὐκ ἔχεις κατήγορον τὸν διάβολον; Πρόλαβε, καὶ ἄρπασον αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα· ἐκείνου γὰρ ἀξίωμα τὸ κατηγορεῖν. Τί οὖν οὐ προλαμβάνεις αὐτὸν, καὶ λέγεις τὴν ἀμαρτίαν, καὶ ἐξαλείφεις τὸ ἁμάρτημα, εἰδὼς ὅτι τοιοῦτον κατήγορον ἔχεις σιγήσαι μὴ δυνάμενον; Ἡμαρτες; εἰσελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, εἶπε τῷ Θεῷ ὅτι, Ἡμαρτον. Οὐδὲν σε ἄλλο ἀπαιτῶ, ἢ τοῦτο μόνον. Ἡ γὰρ θεία Γραφή φησὶ· Λέγε σὺ τὰς ἀνομιὰς σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῆς· εἶπε τὴν ἀμαρτίαν, ἵνα λύσης τὴν ἀμαρτίαν. Οὐκ ἐστὶν ἐν τούτῳ κάματος, οὐδὲ περίοδος λόγων, οὔτε χρημάτων δαπάνη, οὔτε ἄλλο τι τοιοῦτον οὐδὲν· λόγον εἶπον ^α, εὐγνωμόνησον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ, καὶ εἶπε ὅτι, Ἡμάρτηκα. Καὶ πῶς τοῦτο, φησὶν, ὅτι ἐὰν εἴπω τὴν ἀμαρτίαν πρῶτος, λύω τὴν ἀμαρτίαν; Ἐχω ἐν τῇ Γραφῇ καὶ τὸν εἰπόντα καὶ λύσαντα, καὶ τὸν μὴ εἰπόντα καὶ κατακριθέντα. Κάϊν ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἄβελ τῷ φθόνῳ κατεχόμενος, ὡς τῷ φθόνῳ φόνον ἐπακολουθῆσαι· καὶ γὰρ λαθὼν αὐτὸν εἰς τὸ πεδῖον ἀνεῖλε. Καὶ τί φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός; Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; Ὁ ἐπιστάμενος τὰ πάντα ἐρωτᾷ, οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ' εἰς μετάνοιαν ἔλκων τὸν φονεύσαντα. Ὅτι γὰρ οὐκ ἀγνοῶν ἠρώτα, ἔδειξε· Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; [288] Ὁ δὲ εἶπεν, Οὐκ οἶδα· μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμὶ ἐγώ; Ἐστω, οὐκ εἶ φύλαξ· διὰ τί καὶ ἀναιρετῆς; οὐκ ἐφύλαττες· διὰ τί καὶ ἀπέκτεινες; Ὅμως ὁμολογεῖς ταῦτα; Αἴτιος εἶ καὶ τῆς φυλακῆς. Τί οὖν ὁ Θεὸς πρὸς αὐτόν; Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρὸς με ἐκ τῆς γῆς. Ἠλεγξεν εὐθέως καὶ τὴν τιμωρίαν αὐτῷ ἐπήγαγεν, οὐ τοσοῦτον διὰ τὸν φόνον, ὅσον διὰ τὴν ἀναιδεϊαν· οὐ γὰρ τοσοῦτον μισεῖ ὁ Θεὸς τὸν ἀμαρτάνοντα ^β, ὅσον τὸν ἀναισχυνοῦντα. Ἀμέλει τὸν Κάϊν εἰς μετάνοιαν ἐλθόντα οὐ δέχεται, ἐπειδὴ μὴ πρῶτος εἶπε τὴν ἀμαρτίαν. Τί γὰρ φησὶ; Μείζων ἢ ἀμαρτία μου τοῦ ἀφροθῆναι με· ἀντὶ τοῦ, Μέγα ἥμαρτον· οὐκ εἰμὶ ἄξιός τις ζῆσαι. Τί οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός; Στένων καὶ τρέμων ἔση ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ τιμωρίαν αὐτῷ ἀπέφηνε δεινὴν καὶ χαλεπὴν. Οὐκ ἀναιρῶ σε, φησὶν, ἵνα μὴ λήθῃ παραδοθῆ ἡ ἀλή-

θεια, ἀλλὰ ποιῶ σε νόμον ὑπὸ πάντων ἀναγινωσκόμενον, ἵνα ἡ συμφορὰ μήτηρ φιλοσοφίας γένηται. Καὶ περιῆει ὁ Κάϊν, νόμος ἐμψυχος, στήλη κινουμένη, σιωπῶσα, καὶ σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀφιεῖσα τὴν φωνήν. Μὴ τις ποιήσῃ, φησὶ, τοιαῦτα ^ε, ἵνα μὴ πάθῃ τοιαῦτα. Ἐλαβε τὴν τιμωρίαν διὰ τὴν ἀναισχυντίαν, καὶ μὴ εἰρηκῶς, ἐλεγχθεὶς δὲ, κατεκρίθη διὰ τὴν ἀμαρτίαν. Εἰ γὰρ ἑαυτῷ ὁμολόγησε, κἂν ἐξαλείψας ἦν τὴν ἀμαρτίαν πρῶτος.

β'. Ἴνα δὲ μάθῃς, ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, μάθε πῶς ἄλλος τις πρῶτος εἰπὼν ἔλυσε τὴν ἀμαρτίαν. Ἐλθωμεν ἐπὶ τὸν Δαυῖδ, τὸν προφήτην καὶ βασιλέα· μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἠδέως ἀπὸ τῆς προφητείας καλῶ· ἡ μὲν γὰρ βασιλεία εἰς Παλαιστίνην, ἡ δὲ προφητεία εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης· καὶ ἡ μὲν βασιλεία μικρῷ κατελύθη τῷ χρόνῳ, ἡ δὲ προφητεία ἀθάνατα φέρει τὰ ῥήματα. Αἰρετώτερόν ἐστι τὸν ἥλιον σβεσθῆναι, ἢ τὰ ῥήματα τοῦ Δαυῖδ λήθῃ παραδοθῆναι. Οὗτος περιέπεσε μοιχείᾳ καὶ φόνῳ· Εἶδε γὰρ, φησὶ, γυναῖκα καλὴν λουομένην, καὶ ἠράσθη αὐτῆς· εἶτα τὰ δόξαντα αὐτῷ εἰς ἔργον ἐξήγαγε. Καὶ ἦν ὁ προφήτης ἐν μοιχείᾳ, ὁ μαργαρίτης ἐν βορβόρῳ. Ἄλλ' οὐπω ἤδει ὅτι ἥμαρτεν· οὕτως ἦν κεκαρωμένος τῷ πάθει. Τοῦ γὰρ ἠνίοχου μεθύοντος καὶ τὸ ἄρμα ἀτάκτως φέρεται· ὅπερ δὲ ἠνίοχος καὶ ἄρμα, τοῦτο ψυχὴ καὶ σῶμα· ἐὰν ἡ ψυχὴ σκοτωθῆ, καὶ τὸ σῶμα ἐν βορβόρῳ κυλίεται· ἕως γὰρ ἔστηκεν ὁ ἠνίοχος, καὶ τὸ ἄρμα καλῶς ἐλαύνεται· ὅταν μέντοι αὐτὸς ἀτονῆ, καὶ οὐ δύναται περικρατῆς γενέσθαι τῶν ἠνιῶν, καὶ αὐτὸ τὸ ἄρμα ἐν δεινότεροις ὁρᾶται. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου· ἕως ἂν μὲν νήφῃ ἡ ψυχὴ καὶ γρηγορῆ, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐν ἀγνεῖᾳ ἐστὶν· ἐπὶ δὲ ἡ ψυχὴ σκοτωθῆ, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐν βορβόρῳ καὶ ἡδονῇ κυλίεται. Τί οὖν ὁ Δαυῖδ; Ἐμοίχευσεν· ἀλλ' οὐκ ἤδει, οὔτε ἠλέγχετο ὑπὸ τίνος, καὶ τοῦτο ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ, ἵνα μάθῃς ὅτι, ἐὰν ᾦς ῥάθυμος, οὔτε ἡ πολιὰ σε ὠφελεῖ, οὔτε πάλιν, ἐὰν σπουδαῖος ᾦς, ἡ νεότης [289] παραβλάψαι σε δύναται. Οὐ γὰρ τῆς ἡλικίας ὁ τρόπος, ἀλλὰ τῆς γνώμης τὸ κατόρθωμα· ἐπειδὴ καὶ Δανιὴλ δώδεκα ἐτῶν ἦν, καὶ ἔκρινεν· οἱ δὲ πρεσβύτεροι, παλαιοὶ ἐν ἡμέραις, καὶ ὄραμα μοιχείας ἐπραξαν, καὶ οὔτε ἐκείνους ἡ πολιὰ ὠφέλησεν, οὔτε τοῦτον ἡ νεότης παρέβλαψε. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐκ ἐν τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ γνώμῃ τὰ πράγματα τῆς σωφροσύνης κρίνεται, ὁ Δαυῖδ ἐν αὐτῇ τῇ πολιᾷ ὢν, καὶ τότε εἰς μοιχείαν ἐμπεσὼν, φόνον εἰργάσατο, καὶ διέκειτο οὕτως ὥστε μὴ εἰδέναι αὐτὸν ὅτι ἥμαρτεν· ὁ γὰρ ἠνίοχος νοῦς ἦν μεθυθεὶς ἀπὸ ἀκρασίας. Τί οὖν ὁ Θεός; Πέμπει πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην· ὁ προφήτης ἔρχεται πρὸς τὸν προφήτην· οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἰατρῶν γίνεται· ὅταν ἰατρὸς ἀσθενήσῃ, ἄλλου ἰατροῦ ἐν χρείᾳ γίνεται. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐνταῦθα· προφήτης ἦν ὁ ἥμαρτικῶς, καὶ προφήτης ἦν ὁ τὰ φάρμακα ἐπικρομιζόμενος. Ἐρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Νάθαν, καὶ οὐκ εὐθὺς ἀπὸ θυρῶν ἐλέγχει αὐτὸν καὶ

^α Sic unus codex, melius quam alii et editi, λόγον εἰπόντων.

^β Alii τὸν ἀμαρτήσαντα.

^ε Sic mss. Edd. ταῦτα. Paulo post κἂν deest in quibusdam.

rapuit pœnitentia, et ipsam ejus arcem evertit, ac letali vulnere est a pœnitentia confossus: quod ex iis intelliges, dilectissime, quæ nuper experimento comperta sunt. Cur igitur ejusmodi congressu non fruimur, nec singulis diebus ad ecclesiam ventitamus, ut pœnitentiam complectamur? Sive enim peccator sis, ingredi in ecclesiam, ut peccata tua dicas: sive justus sis, ingredi, ne a justitia excidas: portus enim est utrique ecclesia.

Prima pœnitentiæ via confessio peccati. Exemplum peccatoris peccatum non confessi et puniti. — Peccator es? Ne despondeas animum, sed ingredi, ac pœnitentiam obtende. Peccasti? Dic Deo: Peccavi. Quis hic labor est? quis circuitus? quæ fatigatio? quæ angustiae verbum hoc proferre: Peccavi? Num enim tu, nisi te ipsum dixeris peccatorem, a diabolo non accusaberis? Præoccupata, et eripe illi suam dignitatem; ejus enim dignitas est accusare¹. Cur igitur illum non prævenis, et peccatum dicis, et crimen purgas, cum probe scias talem accusatorem tibi, qui tacere nequeat, imminere? Peccasti? In ecclesiam ingredi, dic Deo: Peccavi. Nihil aliud abs te nisi solum istud exigo. Ait enim Scriptura sacra: *Dic tu primus iniquitates tuas, ut justificeris (Isai. 45. 26)*; dic peccatum, ut solvas peccatum. Non in hoc labor est, non circuitus verborum, neque pecuniarum expensæ, neque aliud quidquam ejusmodi; dic verbum, bonæ fidei esto circa peccatum, et dic, Peccavi. Unde vero fit hoc, dicet aliquis, ut si primus peccatum dixerit, peccatum deleam? Habeo in Scriptura hominem, qui peccatum dixit, et delevit: et qui non dixit, et damnatus est. Cain occidit fratrem suum Abel, invidia correptus, sic ut cædes invidiam sequeretur: siquidem eum seductum in campum interfecit. Quid autem ait illi Deus? *Ubi est Abel frater tuus (Gen. 4. 9)*? Qui novit omnia, non quod ignoret, interrogat, sed ut homicidam alliciat ad pœnitentiam. Satis enim indicavit se interrogantem non ignorare: *Ubi est Abel frater tuus (Ibid.)*? At ille dixit: *Nescio; numquid custos fratris mei sum ego?* Esto, non es custos, cur etiam interemptor es? non custodiebas: cur etiam interfecisti? Tamen ista confiteris? Reus es quoque atque obnoxius custodiæ. Quid igitur ad illum Deus? *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra (Ib. v. 10)*. Arguit illum statim, et pœnam intulit non tam ob eadem quam ob impudentiam: non enim ita Deus odit eum qui peccat, ut eum qui impudenter se gerit. Certe Cain ad pœnitentiam accedentem non admittit, quia peccatum primus non dixit. Quid enim ait? *Majus est peccatum meum, quam ut remittatur mihi (Ib. v. 13)*: quasi diceret: Multum peccavi, non sum dignus ut vivam. Quid ergo ad illum Deus? *Gemens ac tremens eris super terram (Ib. v. 12)*: et gravem illi molestamque pœnam imposuit. Non interficio te, inquit, ne veritas oblivioni tradatur, sed efficio, ut sis lex, quæ ab omnibus legatur, ut calamitas philosophiæ mater fiat. Et cir-

cuibat Cain, lex animata, columna motoria, quæ tacebat, et tamen vocem tuba clariorem emittebat. Nemo, inquit, talia faciat, ne talia patiatur. Propter impudentiam supplicio est affectus, et cum non dixisset peccatum, sed convictus esset, ob illud commissum damnatus est. Si enim sua sponte confessus esset, peccatum a se primo detectum delevisset.

2. *Laus Davidis et psalmorum. Confertur anima cum curru; demonstratur quod, circa virtutem et vitium, minus ætatis quam voluntatis ratio habenda est.* — Ut autem hæc ita se habere intelligas, cognosce, quo pacto alius quispiam cum dixisset primus, peccatum deleverit. Veniamus ad Davidem, prophetam et regem; sed libentius eum ex nomine prophetiæ appello: siquidem regnum ejus in Palæstinam, prophetia vero in fines orbis terrarum extendebatur: et regnum quidem modico tempore terminatum est, prophetia vero immortalia verba pronuntiat. Satius esset solem extinguere, quam verba Davidis oblivioni tradi. Ille in adulterium et homicidium lapsus est: vidit enim, inquit Scriptura, mulierem pulchram se lavantem, et adamavit eam: deinde quod apud se statuerat, peregit (2. Reg. 11. 2). Et erat in adulterio propheta, in medio luto margarita. Verumtamen se peccasse nondum noverat: adeo perturbatione animi sopitus erat. Cum enim ebrius est auriga, incomposite fertur currus: porro quod auriga et currus, hoc anima sunt et corpus. Si forte obtenebrata sit anima, tum et corpus in luto volutatur. Quamdiu namque stat auriga, currus quoque recte dirigitur; cum vero destituitur viribus ille, neque potest habenas tenere, tum vero etiam currus malo esse in statu cernitur. Ita quoque fit in homine: quamdiu sobria est et vigilat anima, corpus ipsum etiam purum permanet; ubi vero obtenebrata fuerit anima, corpus etiam ipsum in luto ac voluptatibus volutatur. Quid igitur David? Commisit adulterium; sed nesciebat, neque ab ullo arguebatur, idque cum senex admodum esset: ut intelligas, si forte sis negligens, neque tibi canitiem prodesse, neque rursus, si studiosus sis ac diligens, juventutem posse te lædere. Neque enim ab ætate mores, sed ab animi sententia recte facta promanant: nam et Daniel duodecim annorum¹ erat, et judicabat; seniores autem, inveterati in diebus, adulterii fabulam conflixerunt, et nec illis canities profuit, nec juvenus isti nocuit (Dan. 13, 45 seqq.). Et ut intelligas non ex ætate, sed ex animi proposito de actionibus temperantiæ judicium ferri, David cum in ipsa cana senectute versaretur, tunc in adulterium lapsus est, eadem commisit, et sic affectus erat; ut se peccasse ipse nesciret: siquidem auriga mens ejus erat incontinentiæ ebrietate correpta. Itaque mittit ad eum Nathan prophetam Deus: propheta venit ad prophetam. Sic enim cum medicis agitur: si quando fuerit æger medicus, tum altero indiget ille medico. Idem hic quoque accidit: commiserat peccatum propheta, et propheta erat, qui remedium afferebat. Venit igitur ad illum

¹ Sic Mss. Hæc Morellius manca ediderat.

¹ In Savilio, decem annorum.

Nathan, neque statim ab ipso limine illum arguit, aut dicit: Scelesti ac detestande, adulter et homicida: tot honoribus a Deo cumulatus es, et tu ipsius mandata violasti? Nihil tale dixit Nathan, ne impudentiorem illum redderet; cum enim peccata divulgantur, tum ad majorem impudentiam is, qui peccaverat, provocatur. Venit igitur ad illum, et confictam litis fabulam texit, atque: Litem habeo apud te, o rex! Dives erat quidam, et pauper quidam erat: habebat autem dives armenta et greges multos, pauper vero unam habebat ovem, quæ de calice ipsius hibeat, et de mensa ejus edebat, et in sinu ejus dormiebat. Hoc loco viri erga uxorem amorem significat. Cum autem peregrinus quispiam venisset, suis parcens dives acceptam pauperis ovem jugulavit (2 Reg. 12. 1-5). Vides ut hoc loco fabulam texat, et spongia oblectum ferrum gestet? Quid ergo rex? Existimans se adversus alterum sententiam ferre, quam celerrime sententiam adjunxit. Sic enim facere solent homines: adversus alios libenter et severe sententias ferunt et pronuntiant. Et quid ait David? *Vivit Dominus, dignus morte est talis, atque ovem in quadruplum reddet* (1b. v. 5. 6). Quid igitur Nathan? Non interjecto multarum horarum spatio plagam emolliit, sed statim exseruit, et repentinam sectionem admovit, ne doloris sensum¹ eximeret. *Tu es, o rex* (1b. v. 7). Quid ergo rex ait? *Peccavi Domino* (1b. v. 13), inquit. Non dixit: Quis enim es tu, qui me reprehendis? quis te misit, ut tam libere loquereris? qua vero audacia impulsus hoc fecisti? Nihil tale dixit, sed peccatum agnovit, et quid ait: *Peccavi Domino* (1b. v. 13). Quid igitur ad eum Nathan? *Etiam Dominus dimisit peccatum tuum. Teipsum condemnasti, tibi ego pœnam condono: bona fide peccatum confessus es, peccatum delevisti. Tibi ipsi mulctam accersivisti, ego sententiam meam rescidi. Vides ut impletum fuerit quod scriptum est: Dic tu primus iniquitates tuas, ut justificeris* (Isai 43. 26)? Quis labor primum peccata dicere?

5. Altera pœnitentiæ via lacrymæ: in exemplum profertur Achaab. — Habes autem et alteram pœnitentiæ viam: quam tandem illam? Peccatum flere. Peccasti? fletu, et peccatum solvis. Quisnam hic labor? nihil a te amplius requiro, quam ut fleas peccatum: non dico tibi, ut emetiaris maria, ut in portus te recipias, neque ut iter conficias, neque ut longissimam peregrinationem suscipias, neque ut pecunias numeres, aut sævis fluctibus te committas; sed quid? Propter admissum peccatum plora. Unde vero hoc fit, inquit, ut si plorem, peccatum solvam? Hujus rei demonstrationem habes etiam ex Scriptura. Fuit rex quidam (3 Reg. 21) Achaab: hic vero justus fuisse perhibetur. Cæterum propter Jezabel uxorem suam injuste regnabat. Hic Nabuthe ejusdam Jesraelitæ vineam concupivit, et misit ad eum dicens: Da mihi vineam tuam, quam concupivi, et vel pecuniam a me accipe, vel cum altero commuta loco. At ille dixit: Absit, ut hereditatem patrum meorum vendam tibi!

Achaab autem cupiebat quidem vineam, sed illi vim facere volebat, sic ut in morbum idcirco incideret. Ingressa autem ad illum Jezabel, muliercula impudens, desperata, immunda, detestanda, inquit: Quid contristaris, et non comedis? surge et manduca: ego efficiam, ut possideas vineam Nabuthe Jesraelitæ. Et accipiens scripsit epistolam ex persona regis ad seniores dicens: Prædicate jejunium, et statuite viros mendaces adversus Nabuthe, quia benedixit Deum et regem, hoc est blasphemavit. O jejunium summa iniquitate plenum! Prædicarunt jejunium, ut eadem patrarent. Quid ergo accidit? Lapidatus est Nabuthe, ac mortuus est. Hoc ubi didicit Jezabel, dixit Achaab: Surge, possideamus vineam; quia mortuus est Nabuthe. At ille tum temporis contristatus, ingressus est tamen, et vineam possedit. Mittit ad eum Eliam prophetam Deus. Vade, inquit, dic Achaab: Quoniam occidisti, et possedisti, sic effundetur sanguis tuus, et canes sanguinem tuum lingent, et meretrices lavabunt in sanguine tuo (3. Reg. 21). Ira divinitus emissa, absoluta sententia, supplicium est adimpletum. Ac vide, quo illum mittat: in vineam. Ubi iniquitas, ibi quoque supplicium. Et quid ait? Cum intuitus est ipsum, Achaab dixit: *Invenisti me inimicus meus; quasi diceret: Reum me deprehendisti, quia peccavi: nunc tibi data est occasio mihi insultandi. Invenisti me inimicus meus.* Quia semper Elias reprehendebat Achaab, sciens Achaab se peccasse, Tu quidem semper, inquit, me reprehendebas: nunc autem opportune mihi insultas. Sciebat enim se peccasse. Ex adverso recitat illi sententiam: *Hæc dicit Dominus: Quoniam occidisti, et possedisti, et sanguinem viri justii effudisti, sic effundetur sanguis tuus, et canes lingenteum, et meretrices lavabunt in sanguine tuo.* Hæc cum audiisset Achaab, contristatus est, et propter peccatum suum plorabat. Agnovit iniquitatem, et latam in eum sententiam revocavit Deus. Sed prius Eliæ se excusavit Deus, ne forte mendax videretur, eique accideret, quod Jonæ accidit¹: tale quid enim passus est et Jonas. Dixit illi Deus: Vade, prædica in Ninive civitate, in qua habitant centum et viginti millia hominum absque mulieribus et parvulis: *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur* (Jon. 1. 2). Nolebat abire Jonas, utpote cui nota esset Dei misericordia; sed quid facit? In fugam convertitur: ait enim, Ego prædicaturus abibo: tu cum misericors sis, sententiam mutabis; at ego tanquam falsus propheta trucidabor. Verumtamen exceptum illum mare non abscondit, sed terræ illum reddidit, et salvum illum Ninive incolamque servavit, et tanquam optima conserva suum conservum custodivit. *Descendit enim, inquit, Jonas ut fugeret, et invenit navim euntem in Tharsis, et dedit nautam ejus et ascendit in eam* (Jon. 1. 5) (a). Quo fugis, o Jona? num aliam in terram

¹ Hunc locum in Savil. et aliis partim differentem sic recte interpretari videtur: *Sed prius quæ ad Eliam spectant observa, ne mendax videatur Elias, eique accidat quod Jonæ accidit.*

(a) Cum his confer ea quæ dicuntur supra Homil. 1 de Pœnitentia, num. 3.

¹ Mss., homicidii sensum.

λέγει· Παράνομι καὶ ἐναγέστατε, μοιγὰ καὶ φρονεῦ, τοιαύτας τιμὰς ἐδέξω παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ σὺ τὰς ἐντολάς αὐτοῦ κατεπάτησας; Οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν ὁ Νάθαν, ἵνα μὴ ἀναισχυντότερον αὐτὸν ἀπεργάσῃται· δημοσιευόμενα γὰρ τὰ ἀμαρτήματα εἰς ἀναισχυντίαν προκαλεῖται τὸν ἡμαρτηκότα. Ἐρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν καὶ δρᾶμα δίκης ὑφαίνει· καὶ τί φησι; Βασιλεῦ, δίκη μοι ἐστὶ πρὸς σέ. Ἦν τις πλούσιος καὶ ἦν τις πένης· εἶχε δὲ ὁ πλούσιος βουκόλια καὶ ἀγέλας πολλὰς· ἦν δὲ καὶ ὁ πένης ἔχων ἀμνάδα μίαν, ἥτις ἐκ τοῦ ποτηρίου αὐτοῦ ἔπινα, καὶ ἐκ τῆς τραπέζης αὐτοῦ ἤσθιε, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ ἐκάθευδεν· ἐνταῦθα τὸ γνήσιον τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναῖκα δείκνυσιν· ἐλθόντος δὲ ξένου τινὸς, ἐφείσατο ὁ πλούσιος τῶν ἰδίων ^a, καὶ λαβὼν τὴν ἀμνάδα τοῦ πένηςτος ἔτραξεν αὐτήν. Εἶδες πῶς ἐνταῦθα ὑφαίνει τὸ δρᾶμα, τῷ σπόγγῳ ἐπικεκρυμμένον ἔχων τὸ σιδήριον; Τί οὖν ὁ βασιλεὺς; Νομίζων κατὰ ἄλλου ἀποφαίνεσθαι, ἐξυτάτην ἐπήγαγε τὴν ἀπόφασιν. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἄνθρωποι· κατὰ τῶν ἄλλων ἠδέως τὰς ἀποφάσεις καὶ ἀποτόμως ποιοῦνται καὶ ἐκδιδοῦσι. Καὶ τί φησιν ὁ Δαυὶδ; *Ζῆ Κύριος, ἄξιος θανάτου ὁ τοιοῦτος, καὶ ἀποδώσει τὴν ἀμνάδα τετραπλασίονα*. Τί οὖν ὁ Νάθαν; Οὐκ ἐμάλαξε πολλαῖς ὥραις τὴν πληγὴν, ἀλλ' εὐθύς ἐκφαίνει, καὶ ἐξυτάτην ἐπήγαγε τὴν τομὴν, ἵνα μὴ κλέψῃ τὴν αἴσθησιν τοῦ πόνου ^b. Σὺ εἶ, βασιλεῦ. Τί οὖν ὁ βασιλεὺς φησιν; *Ἡμαρτον τῷ Κυρίῳ*. Οὐκ εἶπε, Τίς γὰρ εἶ ὁ ἐλέγχων με; τίς δὲ σε ἀπέστειλε παρῶρσιάζεσθαι; ποία δὲ τόλμη τοῦτο πεποίηκας; Οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν, ἀλλὰ συνέγνω τὴν ἀμαρτίαν. Καὶ τί φησιν; *Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ*. Τί οὖν ὁ Νάθαν πρὸς αὐτόν; *Καὶ Κύριος ἀφῆκε τὸ ἀμάρτημά σου*· ἑαυτὸν κατεδίκασας, ἐγὼ σοὶ συγχωρῶ τὴν καταδίκην· εὐγνωμόνως ὠμολόγησας, ἔλυσα τὴν ἀμαρτίαν· σαυτῷ τὴν καταδίκην [290] ἐπεσπάσω, ἐγὼ ἔλυσα τὴν ἀπόφασιν. Εἶδες πῶς ἐπληρώθη τὸ γεγραμμένον. Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῆς; Ποῖος κάματος οὗτος τὸ εἰπεῖν πρῶτον τὴν ἀμαρτίαν;

γ'. Ἐχεις δὲ μετανοίας ὁδὸν καὶ ἐτέραν· ποίαν δὲ ταύτην; Τὸ πενοῦσθαι τὴν ἀμαρτίαν ^c. Ἡμαρτες; πένθησον, καὶ λύεις τὴν ἀμαρτίαν. Ποῖος κάματος οὗτος; οὐδὲν σε πλέον ἀπαιτῶ, ἢ τὸ πενοῦσθαι τὴν ἀμαρτίαν· οὐ λέγω σοὶ πελάγη τεμεῖν, οὔτε εἰς λιμένας καταγαγεῖν, οὔτε ὁδοπορῆσαι, οὔτε ὁδὸν ἀπειρον ἀπελθεῖν, οὔτε χρημάτων καταβολὴν, οὔτε κυμάτων ἀγρίων ποιήσασθαι δίοδον, ἀλλὰ τί; Πένθησον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ. Καὶ πόθεν τοῦτο, φησὶν, ὅτι ἐὰν πενήθῃσω, λύω τὴν ἀμαρτίαν; Ἐχεις καὶ τούτου ἀπόδειξιν ἐκ τῆς θείας Γραφῆς. Ἦν τις Ἀχαάβ βασιλεὺς· δίκαιος δὲ οὗτος μαρτυρεῖται· ἐβασίλευσε δὲ οὗτος εἰς κακὰ ὑπὸ Ἰεζάβελ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· οὗτος τινος Ναβουθὲ Ἰεζραηλίτου ἀμπελῶνα ἐπεθύμησε, καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν λέγων· Δός μοι τὸν ἀμπελῶνά σου ὃν ἐπεθύμησα, καὶ ἡ ἀργύριον λαβὲ παρ' ἐμοῦ, ἢ ἀντάλλαγμα τοῦ τόπου. Ὁ δὲ εἶπε· Μὴ μοι γένοιτο

κληρονομίαν πατέρων μου πωλῆσαι σοι. Ὁ δὲ Ἀχαάβ ἐπεθύμει μὲν τοῦ ἀμπελῶνος· οὐκ ἤθελε δὲ βιάσασθαι αὐτόν, ὡς ἐκ τούτου κακώσει αὐτὸν περιπεσεῖν. Εἰσελθοῦσα δὲ πρὸς αὐτὸν Ἰεζάβελ, γύναιον ἀναισχυντον καὶ ἀπηγορευμένον, ἀκάθαρτον καὶ ἐναγέστατον, φησί· Τί λυπῆ, καὶ οὐκ ἐσθίεις; ἀνάστα, φάγε· ἐγὼ σε ποιῶ κληρονομησάμενον τὸν ἀμπελῶνα Ναβουθὲ τοῦ Ἰεζραηλίτου. Καὶ λαβοῦσα γράφει ἐπιστολὴν ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, λέγουσα· Κηρύξατε νηστείαν, καὶ στήσατε ἄνδρας ψευδεῖς κατὰ Ναβουθὲ, ὅτι εὐλόγησε Θεὸν καὶ βασιλέα, τουτέστιν, ἐβλασφήμησεν. Ὡς νηστεία ἐπιτεταμένης τῆς παρανομίας πεπληρωμένη· ἐκέρουξαν νηστείαν, ἵνα φόνον ποιήσωσι. Τί οὖν γέγονεν; Ἐλιθάσθη Ναβουθὲ, καὶ ἀπέθανε. Μαθοῦσα δὲ Ἰεζάβελ λέγει τῷ Ἀχαάβ· Ἀνάστα, κληρονομήσωμεν τὸν ἀμπελῶνα, ὅτι ἀπέθανε Ναβουθὲ. Ὁ δὲ λυπηθεὶς πρὸς τὴν παρὸν, εἰσῆλθε μέντοι, καὶ ἐκληρονόμησε τὸν ἀμπελῶνα. Πέμπει πρὸς αὐτόν ὁ Θεὸς Ἠλίαν τὸν προφήτην· Ἀπελθε, φησὶν, εἰπὼν τῷ Ἀχαάβ. Ἀνθ' ὧν ἐφόνευσας καὶ ἐκληρονόμησας, οὕτως ἐκχυθήσεται τὸ αἷμά σου, καὶ αἱ κόρυμβοι λούσονται τὸ αἷμα σου, καὶ αἱ πόρραι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου. Θεήλατος ἡ ὀργή, ἀπηρτισμένη ἢ ἀπόφασιν, πεπληρωμένη ἢ καταδίκη. Καὶ ὄρα ποῦ πέμπει αὐτόν· εἰς τὸν ἀμπελῶνα. Ὅπου ἡ παρανομία, ἐκεῖ καὶ ἡ τιμωρία. Καὶ τί φησιν; Ἰδὼν αὐτὸν Ἀχαάβ λέγει· Εὐρηκάς με ὁ ἐχθρὸς μου, ἀντὶ τοῦ, Ὑπαίτιόν με ἔλαβες ὅτι ἡμάρτηκα· νῦν καιρὸν ἔχεις ἐπαμβῆναί μοι. Εὐρηκάς με ὁ ἐχθρὸς μου. Ἐπειδὴ ἠλεγγεν αἰεὶ ὁ Ἠλίας τὸν Ἀχαάβ, ὁ Ἀχαάβ εἰδὼς ὅτι ἡμαρτεν, Ἀεὶ μὲν ἠλεγγέες με, φησί· νῦν δὲ εὐκαίρως μοι ἐπιθαίνεις· ἤδει γὰρ ὅτι ἡμάρτηκα. Παραναγινώσκει αὐτῷ τὴν ἀπόφασιν· *Τάδε λέγει Κύριος, φησὶν· Ἀνθ' ὧν ἐφόνευσας καὶ ἐκληρονόμησας καὶ αἷμα ἀνδρὸς δικαίου ἐξέχεας, οὕτως ἐκχυθήσεται τὸ αἷμά σου, καὶ αἱ κόρυμβοι λούσονται [291] αὐτό, καὶ αἱ πόρραι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου*. Ἀκούσας ταῦτα Ἀχαάβ ἦν σκυθρωπάζων καὶ πενθὼν ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ· συνέγνω τὴν ἀδικίαν, καὶ ἔλυσε τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον ὁ Θεός. Ἀλλὰ πρῶτον ἀπελογήσατο ὁ Θεὸς τῷ Ἠλίᾳ, ἵνα μὴ ὡς ψεύστης φανῆ ^d καὶ πάθῃ ὅπερ ἔπαθεν Ἰωνᾶς· τοιοῦτον γὰρ ὑπέστη καὶ ὁ Ἰωνᾶς. Λέγει πρὸς αὐτόν ὁ Θεός· Ἀπελθε, κήρυξον εἰς Νινευὶ τὴν πόλιν ἐν ἣ κατοικοῦσι δώδεκα μυριάδες ἀνθρώπων χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων· *Ἐτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὶ καταστραφήσεται*. Ὁ Ἰωνᾶς οὐκ ἠθούλετο ἀπελθεῖν, εἰδὼς τὴν τοῦ Θεοῦ φιλάνθρωπιαν· ἀλλὰ τί ποιεῖ; Εἰς φυγὴν τρέπεται· λέγει γὰρ, Ἐγὼ ἀπέρχομαι κηρύσσων· σὺ φιλάνθρωπος ὢν μεταμέλη, ἐγὼ δὲ ὡς ψευδοπροφήτης ἀναιροῦμαι. Ἀλλ' ὅπως ἡ θάλασσα αὐτὸν λαβοῦσα οὐκ ἐκρυψεν, ἀλλ' ἀπέδωκε τῇ γῆ, καὶ ἀπέστεισε πάλιν εἰς Νινευὶ, καθάπερ ἀρίστη σύνδουλος σύνδουλον διαπυροῦσα. Κατέβη γὰρ, φησὶν, Ἰωνᾶς τοῦ φυγεῖν, καὶ εὗρε πλοῖον βαδίζον εἰς θάλασσας, καὶ ἔδωκε τὸν ναῦλον αὐτοῦ, καὶ ἀρέβη εἰς αὐτό. Ποῦ φεύγεις Ἰωνᾶ; εἰς γῆν ἄλλην ἀπέρχῃ; Ἀλλὰ τοῦ

^a Sanilius τῶν οἰκείων. quod eodem recidit. Edit.

^b Mss. τοῦ φόνου.

^c Alit τὴν αἰτίαν.

^d Alit (inter quos Sanil.) κατ' αὐτοῦ δίκην ὁ Θεός. Ἀλλὰ πρῶτον ἀναλόγησαι τὰ τοῦ Ἠλίου, ἵνα μὴ ψεύστης φανῆ ὁ Ἠλίας.

Κυρίου ἢ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ἄλλ' εἰς τὴν θάλασσαν; Οὐκ οἶδας ὅτι Αὐτοῦ ἐστὶν ἡ θάλασσα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν; Ἄλλ' εἰς τὸν οὐρανόν; Οὐκ ἤκουσας τοῦ Δαυὶδ λέγοντος, ὅτι Ὁψομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου; Ἄλλ' ὅμως ἐκεῖνος φόβῳ κατεχόμενος ἔφυγε τῷ δοκεῖν· Θεὸν γὰρ ἀληθῶς φυγεῖν ἀδύνατον. Ὅμως ὅτε ἀποκατέστησεν αὐτὸν ἡ θάλασσα, καὶ ἦλθεν εἰς Νινευί, ἐκέρυξε λέγων ὅτι, Ἐτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευί καταστραφήσεται. Ἴνα δὲ μάθῃς ὅτι τοῦτο ἔχων ἐν διανοίᾳ εἰς φυγὴν ἔδωκεν ἑαυτὸν, ὅτι ὁ Θεὸς φιλόανθρωπος ὢν μετανοεῖ ἐπὶ τῇ κακίᾳ ἣ ἐλάλησε περὶ αὐτῶν, καὶ ἐμελλεν αὐτὸς ὡς ψευδοπροφήτης εἶναι, αὐτὸς ἑαυτῷ δείκνυσι^α. Μετὰ γὰρ τὸ κηρῦξαι ἐν τῇ Νινευί, ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ παρετήρει τί ἂν γένηται· ὅτε δὲ εἶδε τρεῖς ἡμέρας παρελθούσας, καὶ οὐδαμοῦ οὐδὲν τῶν ἠπειλημένων γινόμενον, τότε τὸν πρῶτον αὐτοῦ λογισμὸν κινεῖ, καὶ λέγει· Οὐχ οὗτοί εἰσιν οἱ λόγοι μου οὓς ἔλεγον, ὅτι ὁ Θεὸς ἐλεήμων ἐστὶ καὶ μακρόθυμος καὶ μετανοῶν ἐπὶ κακίαις ἀνθρώπων; Ἴν' ὦν μὴ τι τοιοῦτον πάθῃ Ἡλίας, οἷον καὶ Ἴωνᾶς, λέγει ὁ Θεὸς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τῷ Ἀχάβ συνεχώρησε. Καὶ τί φησιν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἡλίαν; Εἶδες πῶς ἐπορεύθη Ἀχαιῶ πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων ἐνώπιόν μου; Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ. Βαβαί, δεσπότης δούλου συνήγορος γίνεται, καὶ ἀπολογεῖται Θεὸς ἀνθρώπῳ ὑπὲρ ἀνθρώπου· Μὴ νόμιζε, φησὶν, ὅτι ἀπλῶς συνεχώρησα αὐτῷ· μετεβρύθμισε τὸν τρόπον, καὶ μετέβαλον τὴν ὀργὴν μου καὶ ἀνέλυσα. Καὶ ἴνα μὴ νομισθῆς σὺ ὡς ψευδοπροφήτης· σὺ γὰρ ἀληθῶς εἶπας· εἰ μὴ μετέβαλε τὸν τρόπον, ὑπομείναι εἶχε τὰ τῆς ἀποφάσεως· ἀλλ' οὗτος μὲν μετέβαλε τὸν τρόπον, καὶ γὰρ ἀνέλυσα τὴν ὀργὴν μου. Καὶ φησιν [292] ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἡλίαν· Εἶδες πῶς ἐπορεύθη Ἀχαιῶ πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων; Οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν μου. Εἶδες ὅτι τὸ πενθῆσαι ἐξαλείφει ἀμαρτίας;

δ'. Ἐχεις δὲ καὶ τρίτην ὁδὸν μετανοίας. Πολλὰς δὲ ὁδοὺς μετανοίας εἶπον, ἵνα τῇ ποικιλίᾳ τῶν ὁδῶν εὐκολόν σοι τὴν σωτηρίαν ἐργάσωμαι. Ποία δὲ αὕτη ἢ τρίτη ὁδός; Ἡ ταπεινοφροσύνη· ταπεινοφρόνησον, καὶ ἔλυσε τὰς σειρὰς τῶν ἀμαρτιῶν. Καὶ ἔχεις καὶ ταύτης ἀπόδειξιν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ἀπὸ τῆς ἀνγχνώσεως τῆς κατὰ τὸν τελώνην καὶ τὸν Φαρισαῖον. Ἀνῆλθον, φησὶν, ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ τελώνης εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, καὶ ἤρξατο ὁ Φαρισαῖος τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἀπαριθμεῖσθαι. Οὐκ εἰμὶ κάγῳ, φησὶν, ἀμαρτωλὸς ὡς πᾶς ὁ κόσμος, οὔτε ὡς ὁ τελώνης οὗτος. Ἀθλία καὶ ταλαίπωρε ψυχὴ^β, ὅλην τὴν οἰκουμένην κατεδίκασας, διὰ τί καὶ τὸν ἐγγύς σου ἔθλιψας; οὐκ ἤρξασέ σοι ἡ οἰκουμένη, εἰ μὴ καὶ τὸν τελώνην κατέκρινας; πάντα ἐντεῦθεν διέβαλες, καὶ οὐδὲ τοῦ ἐνὸς ἀνδρὸς ἐφείσω. Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὡς πᾶς ὁ κόσμος, οὐδὲ ὡς ὁ τελώνης οὗτος· δεῦτερον τῆς ἑβδομάδος νηστεύω, ἀποδεκατῶ τὰ ὑπάρχοντά μου τοῖς πτωχοῖς. Ἀλαζονείας ῥήματα ἐφθέγγαστο. Ἀθλίε ἀνθρώπιε,

^α Αἱ αὐτὸς ἑαυτὸν δείκνυσι.

^β Unus mss. ἀθλίε, καὶ ἀκόρεστε τῆ ψυχῆ. Duo alii ἀθλίε καὶ ἀκόρεστε τῆ ψυχῆ.

ἔγω, τὴν οἰκουμένην κατεδίκασας, τί καὶ τὸν ἐγγύς σου τελώνην ἐπέπληξας; οὐκ ἐνεπλήσθης τῇ κατηγορίᾳ τῆς οἰκουμένης, εἰ μὴ καὶ τὸν σὺν σοὶ κατέκρινας; Τί οὖν ὁ τελώνης; Ἀκούσας ταῦτα οὐκ εἶπε· Σὺ γὰρ τίς εἶ ὁ τοιαῦτά μοι λέγων; πόθεν οἶδας τὸν βίον μου; οὐ συναναστράφης μοι· οὐ συνέμεινας, οὐ συνεχρόνισας· διὰ τί τοσοῦτον ὑπερηφανεύῃ; σοὶ γὰρ τίς μαρτυρεῖ ἀγαθοεργίας; τί σεαυτὸν ἐπαινεῖς; τί σεαυτῷ χαρίζῃ; Ἄλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν ὁ τελώνης, ἀλλὰ κύψας προσεκύνησε καὶ εἶπεν· Ὁ Θεὸς, ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· καὶ ταπεινοφρονήσας ὁ τελώνης ἐγένετο δίκαιος. Ὁ δὲ Φαρισαῖος κατῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ δικαιοσύνην ἀπολέσας, καὶ ὁ τελώνης κατῆλθε δικαιοσύνην κτησάμενος· καὶ ῥήματα πράγματα ἐνίκησαν. Ὁ μὲν γὰρ ἔργοις δικαιοσύνην ἀπόλεσεν, ὁ δὲ λόγῳ ταπεινοφροσύνης δικαιοσύνην ἐκτήσατο. Καίτοι γε οὐδὲ ταπεινοφροσύνη ἦν ἐκεῖνο· ταπεινοφροσύνη γὰρ τοῦτό ἐστιν, ὅταν τις μέγας ὢν ἑαυτὸν ταπεινοῖ· τοῦτο δὲ τοῦ τελώνου οὐκ ἦν ταπεινοφροσύνη, ἀλλ' ἀλήθεια· ἀληθινὰ γὰρ ἦν τὰ ῥήματα· ἁμαρτωλὸς γὰρ ἦν.

ε'. Τί γὰρ τελώνου χεῖρον, εἰπέ μοι; τῶν ἀλλοτρίων συμφορῶν ἐστὶ πραγματευτής, τῶν ἀλλοτρίων πόνων συμμεριστής· καὶ τὸν μὲν κάματον οὐκ ἐπιβλέπει, τὸ δὲ κέρδος συμμερίζεται· ὥστε ἐσχάτη ἀμαρτία τοῦ τελώνου. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶ τελώνης ἢ πεπαρβήσιασμένη βία, ἐννομος ἀμαρτία, εὐπρόσωπος πλεονεξία. Τί γὰρ χεῖρον τελώνου τοῦ καθεζομένου κατὰ τὴν ὁδόν, καὶ ἀλλοτρίων πόνων τοὺς καρποὺς τρυγῶντος, καὶ ὅτε μὲν οἱ κάματοι, οὐδεμίᾳ αὐτῷ φροντίς, ὅτε δὲ τὸ κέρδος, ἐξ ὧν οὐκ ἔκαμε, τὴν μερίδα λαμβάνει; Ὡστε εἰ ἁμαρτωλὸς [293] ὢν ὁ τελώνης τοσαύτης ἐπέτυχε τῆς δωρεᾶς ταπεινοφρονήσας, πόσω μᾶλλον ὁ ἐνᾶρετος ὢν καὶ ταπεινοφρονῶν; Ὡστε ἐὰν ὁμολογήσῃς τὰς ἀμαρτίας σου καὶ ταπεινοφρονήσῃς, δίκαιος γίνῃ. Θέλεις δὲ μαθεῖν ταπεινόφρων τίς ἐστὶ; βλέπε Παῦλον τὸν ὄντως ταπεινόφρονα, Παῦλον τὸν διδάσκαλον τῆς οἰκουμένης, τὸν ῥήτορα τὸν πνευματικόν, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν λιμένα τὸν ἀκύμαντον, τὸν πύργον τὸν ἀσάλευτον, τὸν ἐν σώματι βραχεῖ τὴν οἰκουμένην κυκλοῦντα, καὶ καθάπερ ὑπόπτερόν τινα ταύτην περιδραμόντα· βλέπε ἐκεῖνον ταπεινοφρονῶντα, τὸν ἰδιώτην καὶ φιλόσοφον, τὸν πένητα καὶ πλούσιον. Ἐκεῖνον ἀληθῶς ταπεινόφρονα λέγω, τὸν μυρίους καμάτων ἀντλήσαντα, τὸν μυρία τρόπαια κατὰ τοῦ διαβόλου ἐνδειξάμενον, τὸν κηρύττοντα καὶ λέγοντα, Ἡ χάρις αὐτοῦ εἰς ἐμέ οὐ κενὴ ἐνενήθη, ἀλλὰ περισσότερον πάντων ἐκοπίασα· ὁ φυλακὴς ὑπομείνας, καὶ πληγὰς καὶ μάστιγας· ὁ δι' Ἐπιστολῶν τὴν οἰκουμένην σαγηνεύσας· ὁ οὐρανία φωνῇ κληθεὶς, ἐκεῖνος ταπεινοφρονεῖ λέγων· Ἐγὼ γὰρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. Εἶδες ταπεινοφροσύνης μέγεθος, εἶδες Παῦλον ταπεινοφρονῶντα, ἐλάχιστον ἑαυτὸν καλοῦντα; Ἐγὼ γὰρ εἰμι, φησὶν, ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ταπεινοφροσύνη, τὸ ταπεινοῦσθαι ἐν πᾶσι, καὶ ἑαυτὸν καλεῖν ἐλάχιστον. Ἐνόησον τίς ἦν ὁ λέγων ταῦτα τὰ ῥήματα· Παῦλος ὁ οὐρανοπολίτης, ὁ τὸ σῶμα ἀπλῶς

proficisceris? Atqui *Domini est terra et plenitudo ejus*. Num in mare? Nescis quod, *Ipsius est mare, et ipse fecit illud (Psal. 25. 1 et 94. 5)*? Num in cælum? Non audiisti Davidem dicentem: *Videbo cælos tuos opera digitorum tuorum (Psal. 8. 4)*? Verumtamen ille timore correptus fugere se putabat: Deum namque vere fugere nemo potest. Ubi tamen eum mare restituit, et venit Niniven, prædicavit dicens: *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur (Jon. 3. 4)*. Ut autem intelligas hoc illum animo volentem sese in fugam convertisse, Deum nimirum, cum sit misericors, pœnitentiam acturum super malitia, quam de illis erat loquutus, futurumque ipsum falsum prophetam, ipse per se indicat. Postquam enim in Ninive prædicavit, extra civitatem egressus est, et quid accideret observabat. Cum autem præterisse tres dies vidit, neque quidquam eorum, quæ comminatus fuerat, uspiam evenire, tum priorem suam cogitationem in mentem revocat, et ait: *Nonne isti sunt sermones mei quos dicebam: quoniam Deus misericors est, et longanimis, et agens pœnitentiam super malitiis hominum (Jon. 4. 2)*? Ne igitur tale quid accideret Eliæ, quale Jonæ, causam exponit Deus, propter quam Achaab condonavit. Et quid ait Eliæ Deus? *Vidisti, quemadmodum incesserit plorans et tristis Achaab coram me? Non faciam secundum malitiam ejus (3. Reg. 21. 29)*. Papæ! Dominus servi sit advocatus, et apud hominem Deus homini patrocinator. Noli existimare, inquit, sine causa me illi pepercisse: mutavit mores, et iram meam mutavi atque mitigavi. Ne vero falsus propheta censearis, siquidem vera pronuntiasti; nisi mores mutasset, ea passurus erat, quæ sententia minabatur; verum iste mores mutavit, et iram meam ego mitigavi. Et ait Deus ad Eliam: *Vidisti quemadmodum incesserit Achaab plorans et tristis? Non faciam secundum iram meam. Vides ploratu peccata deleri?*

4. *Tertia pœnitentiæ via humilitas.* — Habes et tertiam pœnitentiæ viam. Porro multas pœnitentiæ vias dixi, ut diversitate viarum facilem tibi salutem reddam. Quænam est tandem hæc tertia via? Humilitas: humilis esto, et peccatorum vincula solvisti. Hujus quoque demonstrationem exhibet Scriptura, et lectio narrationis de publicano et Pharisæo (*Luc. 18. 10. sqq.*). Ascendebant, inquit, in templum Pharisæus et publicanus, ut orarent, et cœpit Pharisæus suas enumerare virtutes: Non sum ego, inquit, peccator sicut mundus totus, neque sicut iste publicanus. Misera et infelix anima¹, totum orbem terrarum condemnasti: cur etiam proximum tuum afflixisti? non sufficiebat tibi totus orbis, nisi publicanum quoque damnares? omnes hac ratione vituperasti, et ne uni quidem viro pepercisti. Non sum ego sicut mundus totus, neque sicut iste publicanus: jejuno bis in hebdomada, decimas eorum, quæ possideo, do pauperibus. Arrogantiæ verba proloquutus est. Homo infelix, esto, terrarum orbem condemnasti, cur etiam proximum tuum publicanum reprehendisti? non exsa-

luratus es accusatione totius orbis, nisi et comitem tuum damnares? Quid igitur publicanus? Nec cum audisset ille, non dixit: Tu vero quisnam es, qui mihi hæc objicis? unde tibi vita mea innotuit? non conversatus es mecum, non habitasti mecum, non mecum ætatem transegisti. Cur adeo superbis? quis bona opera tua suo testimonio commendat? cur te ipsum laudas? cur tibi ipsi blandiris? Sed nihil horum dixit publicanus, verum capite in terram inclinato adoravit, et dixit: *Deus propitius esto mihi peccatori; et cum humilitatem præ se tulisset, justus est factus*. Pharisæus autem amissa justitia ex templo descendit, et publicanus justitiam adeptus descendit; et verba facta vicerunt. Nam ille quidem operibus justitiam amisit; hic vero humilitatis sermone justitiam acquisivit. Quamquam ne humilitas quidem erat illud; siquidem humilitas est hoc, cum quis magnus cum sit, seipsum humiliat; hoc vero publicani factum non humilitas fuit, sed veritas: vera enim erant illa verba, cum peccator esset ille.

5. *Publicanorum conditio qualis.* — Quid enim, queso, pejus publicano? in alienis calamitatibus lucra sectatus, alienorum laborum sit particeps: et molestiam quidem non respicit, quæstus autem in consortium venit: itaque summum est publicani peccatum. Nihil quippe aliud est publicanus, quam audax et honesta quædam violentia, peccatum lege concessum, speciosa quædam rapina. Quid enim publicano pejus, qui juxta viam sedet, et alienorum fructus laborum metit, et cum labores quidem subeundi sunt, nihil curat, cum vero lucrum obvenit, in participationem venit eorum, in quibus minime laboravit? Itaque si cum peccator esset publicanus, tantum adeptus est donum, cum humilitatem exhibuisset: quanto magis qui virtute præditus sit, et humilitatem exhibeat? Ergo si peccata tua confitearis, et humilis sis, justus evadis. Scire cupis quis vere sit humilis? Paulum respice qui vere humilis erat, Paulum doctorem orbis terrarum, spiritualem oratorem, vas electionis, portum tranquillum, turrin inconcussam, qui modico cum esset corpore, totum orbem terrarum circumvit, et quasi alatus esset illum percurrit. Cerne illum humiliter ac modeste sentientem de se, idiotam et philosophum, egenum et divitem. Illum vere humilem dico, qui labores innumeros exantlarat, qui mille tropæa adversus diabolum erexerat, qui prædicabat, ac dicebat: *Gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus laboravi (1. Cor. 15. 10)*: qui carceres sustinuit, et plagas, et verbera, qui orbem terrarum epistolis venatus est, qui cælesti voce vocatus est, ille humilis erat, cum diceret: *Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus (1. Cor. 15. 9)*. Vides humilitatis magnitudinem? vides humiliter sentientem de se Paulum, qui seipsum minimum vocet? *Ego enim sum, inquit, minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus*. Hoc enim vere humilitas est, in omnibus seipsum abjicere, ac se minimum appellare. Cogita quisnam esset is, qui hæc verba proferebat: Paulus cælorum civis, qui corpore erat utrum-

¹ Unus Ms., *Miser et insatiabilis animo*.

que circumdatus, Ecclesiarum columna, terrestris angelus, homo caelestis. Etenim hujus viri mentioni libenter immoror, dum virtutis ejus pulchritudinem specto. Non ita sol exoriens et splendoros emittens radios oculos meos exhilarat, ut Pauli virtus mentem meam illuminat. Nam sol quidem illustrat oculos, at Paulus ad ipsos fornices caelorum nos evehit: animam enim sublimiorem sole, ac luna reddit celsiorem. Talis quippe virtutis est potentia, ut hominem in angelum convertat, efficiatque ut anima velut pennis praedita in caelum tendat: hanc virtutem nos docet Paulus: hujus virtutis imitatores fieri studeamus. Sed non oportet nos a proposito digredi argumento. Hic enim scopus orationis nostrae fuit, ut tertiam pœ-

nitentiae viam esse humilitatem ostenderemus, publicanum non seipsum ultra modum depressisse, sed veritatem esse confessum, cum sua peccata detegeret, ac justum esse factum, non cum pecunias numerasset, non cum maria emensus esset, neque cum multum iter pedibus confecisset, neque cum immensa aequora peragrasset, neque cum amicos rogasset, neque cum multum temporis impendisset, sed humilitatis eum opera sibi justitiam comparasse, ac regno caelorum esse donatum: cujus nos omnes utinam compotes fieri contingat, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gratia et imperium in saecula saeculorum. Amen.

EJUSDEM ORATIO

DE ELEEMOSYNA, ET IN DECEM VIRGINES (a).



HOMILIA III.

1. *De homilia praecedenti loquitur.* — An novistis unde nobis nuper sermo inceperat, aut quo desierat, aut ex quo argumento, in quod desierant prioris homiliae verba? Sed vos oblitos existimo, quo loco a nobis ille sermo finitus sit; ego vero novi, neque vos accuso aut redarguo. Quisque enim vestrum uxorem habens parvulis studet, et quae domi sunt curat omnia; alii militiam sectantur, alii artifices sunt, ac vestrum quisque diversis insudat operibus. Nos vero in his versamur, in his cogitamus, atque in his nostrum terimus tempus. Itaque ea in re haud accusandi estis, magis pro studio laudandi, quod nulla nos relinquatis Dominica die, sed omnibus neglectis ad ecclesiam veniatis. Is enim laudum est cumulus civitati nostrae, non tumultum et suburbia, non domos deauratis trabibus, et triclinia, sed diligentem populum habere atque excitatum. Neque enim ex frondibus generosam arborem, sed ex fructibus agnoscimus. Idcirco enim matis animalibus praefati sumus, quod sermonem habeamus, sermone mutuo colloquamur, sermonem amemus. Homo enim qui a sermone abhorret, jumentis est minus rationalis, non satis sciens cujus gratia honoratur, atque unde honorem accipiat. Quare bene propheta, *Homo*, inquit, *cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psal. 48. 17)*. Et, homo, cui proprium loqui, sermonem non amas, et quamam indulgentia dignaberis? Itaque mihi praee omnibus magis necessarii estis quotquot ad virtutis sermonem advolvistis, et omnia divino verbo posteriora duxistis. Age ergo nos quoque rem aggrediamur, atque his, quae nuper diximus, sequentia connectamus. Debeo enim vobis, atque ipse facto vobis

animo debitum persolvo: non enim id mihi inopiam affert, sed divitias colligit. In externis negotiis a creditoribus debitores fugiunt, quo minus reddant; ego vero persequor, ut reddam: et merito quidem. Nam exteris in rebus restitutio inopiam parit; ipsa vero sermonis dispensatio gignit divitias. Exempli causa: debeo cuidam pecuniam: si persolvero, nequit et apud illum esse atque etiam apud me, sed a me deficiens, illi adhæsit; sermonem vero si persolvero, et mecum est, atque vos omnes habetis: si sermonem retinero, neque communicavero, tunc inops sum: si persolvero, tunc ditior fiam; si non persolvero sermonem, solus ipse ditescio: si persolvero, cum omnibus vobis fructum refero.

Multae viae poenitentiae. Exemplum proponuntur. — Eia ergo debitum reddamus. Quidnam id est? De poenitentia sermonem instituimus nuper ac diximus quod multae variaeque sunt poenitentiae viae, quibus facilis nobis salus fiat. Nam si unam nobis dedisset Deus viam poenitentiae, repulsemus eam utique, dicentes: Nequimus hanc ingredi, salvari nequimus. Nunc ipsam hanc tuam amputans objectionem, non unam tibi, neque secundam, neque tertiam, sed plures ac diversas dedit, quo multitudine tibi ad caelum facilis ascensus fiat. Et dicebamus facilem poenitentiam, neque onus in ea esse. Peccator es? ecclesiam ingredi: dic, Peccavi, et solvisti peccatum. Prodaximus enim peccantem David, et solventem peccatum. Hinc secundam subjecimus viam, super peccatum flere, et diximus: Quisnam hic labor? non pecuniam opus effundere, non longas ire vias, neque aliud quid agere, sed peccatum flere dumtaxat. Hoc de Scriptura induximus, quod in Achaab Deus consilium mutavit, in quod fleverit, quod maerens fuerit; atque hoc ipse dicebat Eliae: *Vidisti ut maereres Achaab coram me flens, et contristatus? Non faciam secundam iram meam*.

(a) collata cum Mss. Regiis 2027. et 2424, qui mendis sciant. atque ita differt ab editione Morelli, ut alia prorsus series videatur. Multum item variat Savilius: quae magis necessaria videbantur notavimus. Savil. sic titulum offert: *De poenitentia et de elemosyna homilia sexta.*

¹ in Savil., secundum iram meam quam dixi.

περικείμενος, ὁ στῦλος τῶν Ἐκκλησιῶν, ὁ ἐπίγειος ἀγγελος, ὁ ἐπουράνιος ἄνθρωπος. Ἡδέως γὰρ λοιπὸν ἐνδίατριβῶ τῷ ἀνδρὶ, θεωρῶν αὐτοῦ τὸ κάλλος τῆς ἀρετῆς. Οὐχ οὕτως ἥλιος ἀνατείλας καὶ λαμπρὰς ἀφίεις τὰς ἄκτινας ἐφραίνει μου τὰς ὄψεις, ὡς τὸ πρόσωπον Παύλου καταυγάζει μου τὴν διάνοιαν· ὁ μὲν γὰρ ἥλιος τὰς ὄψεις φωτίζει, ὁ δὲ Παῦλος εἰς αὐτὰς ἀναπτεροῖ τὰς ἀψίδας τῶν οὐρανῶν· τὴν γὰρ ψυχὴν καὶ ὑψηλοτέραν τοῦ ἡλίου ἀπεργάζεται, καὶ ἀνωτέραν τῆς σελήνης· τιαυτὴ γὰρ ἡ δύναμις τῆς ἀρετῆς· ἄγγελον τὸν ἄνθρωπον ποιεῖ, τὴν ψυχὴν ἀναπτεροῖ εἰς τὸν οὐρανόν. Ταύτην τὴν ἀρετὴν διδάσκει ἡμᾶς ὁ Παῦλος· σπουδάσωμεν ζηλωταὶ αὐτοῦ γενέσθαι τῆς ἀρετῆς. Ἄλλ' οὐ δεῖ ἐξελεθεῖν ἡμᾶς τοῦ προκειμένου· δεῖξαι

γὰρ ἦν ὁ σκοπὸς τρίτην ὁδὸν μετανοίας τὴν ταπεινοφροσύνην, ὅτι ὁ τελώνης οὐκ ἐταπεινοφρόνησεν, ἀλλ' ἀλήθειαν εἶπε, τὰς ἰδίας ἀμαρτίας γυμνῶσας^a, καὶ δίκαιος ἐγένετο, οὐ χρήματα καταβαλὼν, οὔτε πελάγη διατεμὼν, οὔτε πολλὴν ὁδὸν πεζεύσας, οὔτε ἀπειρα πελάγη περάσας, οὔτε φίλους ἀξιώσας, οὔτε χρόνον πολὺν καταναλώσας, ἀλλὰ διὰ ταπεινοφροσύνης δικαιοσύνην ἐκτήσατο, καταξιωθεὶς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

^a Savil. ἀπογυμνώσας.

• ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ

[294] *Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ εἰς τὰς δέκα παρθένους.*

Ὁμιλία γ'.

α'. Ἄρα οἶδατε, πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος πρώην ἤρξατο, ἢ ποῦ κατέλυσεν^b, ἢ ἐκ ποίας ὑποθέσεως εἰς ποίαν ἐληξεν τὰ τῆς προτέρας ὁμιλίας ῥήματα; Ἄλλ' ὑμᾶς μὲν νομίζω ἐπιλελησθαι ποῦ ἡμῖν ὁ λόγος κατέπαυσεν· ἐγὼ δὲ οἶδα, καὶ οὐκ αἰτιῶμαι ὑμᾶς ἐν τούτῳ οὐδὲ κατηγορῶ. Ἐκαστος γὰρ ὑμῶν γυναῖκα ἔχει, καὶ παίδων ἀντέχεται, καὶ τῶν περὶ τὸν οἶκον φροντίζει^c πάντων· οἱ μὲν καὶ ἐν στρατείαις ἀσχολοῦνται, ἄλλοι δὲ χειροτέχναι εἰσὶ· καὶ εἰς διαφόρους χρεῖας ἕκαστος ὑμῶν ἀσχολεῖται. Ἡμεῖς δὲ ἐν τούτοις στρεφόμεθα, καὶ ἐν τούτοις μελετῶμεν, καὶ ἐν τούτοις τὸν χρόνον ἡμῶν διατρέβομεν· ὥστε οὐ μεμπτέοι ἐστέ ἐν τούτῳ, ἀλλ' ἐπαινετέοι ἐν τῇ σπουδῇ, ὅτι οὐδὲ μίαν ἡμᾶς Κυριακὴν καταλιμπάνετε, ἀλλὰ πάντων καταφρονοῦντες εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντᾶτε. Τοῦτο γὰρ μέγιστον ἐγκώμιόν ἐστι τῆς ἡμετέρας πόλει, οὐ τὸ θορύβους ἔχειν καὶ προάστεια, οὐδὲ χρυσορόφους οἶκους καὶ τρικλίνους, ἀλλὰ τὸ ἔχειν δῆμον σπουδαῖον καὶ διεγρηγερμένον. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν φύλλων τὴν εὐγένειαν τοῦ δένδρου, ἀλλ' ἐκ τῶν καρπῶν ἐπιγινώσκωμεν. Διὰ τοῦτο γὰρ τῶν ἀλόγων ζώων προτετιμήμεθα ἐν τῷ λόγῳ ἔχειν, καὶ λόγου μεταλαμβάνειν, καὶ λόγου ἐρᾶν· ἄνθρωπος γὰρ μὴ ἐρῶν λόγου, πολὺ ἀλογώτερος τῶν κτηνῶν ἐστί, μὴ εἰδὼς διὰ τί ἐτιμήθη, καὶ πόθεν ἔχει τὴν τιμὴν. Καὶ καλῶς ἔλεγεν ὁ προφήτης· Ἄνθρωπος ἐκ τιμῆ ὧν οὐ συνήκε· σαρμασνεβλήθη τοῖς κτήρεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὠμοῦώθη αὐτοῖς. Ἄνθρωπος λογικὸς ὢν, λόγου οὐκ ἐρῶν, εἰπέ μοι, καὶ ποίαν ἔξαις συγγνώμην· ὥστε ὑμεῖς ἐμοὶ πάντων ἀναγκαϊότεροι εἰ πρὸς τὸν λόγον τῆς ἀρετῆς ἀναπτεροῦμεθα, καὶ πάντα τῶν θείων λόγων δευτέρα σιθόντες. Ἔλεγε οὖν καὶ ἡμεῖς τῆς ὑποθέσεως ἀφ' ἧς ἔλαβον, καὶ τῶν πρώην βιβλίων

τῶν τὰ ἀκόλουθα εἶπωμεν· χρεωστῷ γὰρ ὑμῖν, καὶ ἡδέως καταβάλλω τὸ χρέος· οὐ γὰρ πενίαν μοι φέρει, ἀλλὰ πλοῦτον συνάγει. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἐξωθεν πραγμάτων οἱ χρεῶστα φεύγουσι τοὺς δανειστάς πρὸς τὸ μὴ ἀποδοῦναι, ἐγὼ δὲ καταδιώκω εἰς τὸ ἀποδοῦναι, καὶ μάλα γε εἰκότως· ἐπὶ γὰρ τῶν ἐξωθεν πραγμάτων ἡ ἀπόδοσις πενίαν ἐργάζεται, ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου ἡ ἀπόδοσις πλοῦτον γεννᾷ. Οἷόν τι λέγω· χρήματα χρεωστῷ τινι ταῦτα ἐὰν καταβάλω, οὐ δύναται καὶ παρ' ἐκείνῳ εἶναι καὶ παρ' ἐμοὶ, ἀλλ' ἀπ' ἐμοῦ μὲν ἀνεχώρησεν, ἐκείνῳ δὲ ἐκολλήθη· λόγον δὲ ἐὰν καταβάλω, καὶ μετ' ἐμοῦ ἐστί, καὶ πάντες αὐτὸν ἔχετε· ἐὰν κατάσχω τὸν λόγον καὶ μὴ μεταδῶ, τότε πέντης εἰμί, ὅταν δὲ καταβάλω, τότε εὐπρότερος γίνομαι· ἐὰν μὴ καταβάλω τὸν λόγον, τότε μόνος πλουτῶ, ἐὰν δὲ καταβάλω, μετὰ πάντων ὑμῶν τὸν καρπὸν ἀποφέρωμαι.

Φέρε οὖν ἀποδῶμεν τὸ χρέος· τί δὲ ἦν [295] τοῦτο; Περὶ μετανοίας τὸν λόγον ἐγυμνάζομεν πρώην καὶ ἐλέγομεν, ὅτι πολλαὶ καὶ ποικίλαι ὁδοὶ τῆς μετανοίας, ἵνα εὐκολὸς ἡμῖν γένηται ἡ σωτηρία. Εἰ γὰρ μίαν ἡμῖν ἔδωκεν ὁδὸν ὁ Θεὸς μετανοίας, ἀνεβαλόμεθα ἂν λέγοντες· Οὐ δύναμεθα ταύτην μετελθεῖν, σωθῆναι οὐ δύναμεθα· νῦν δὲ ἐκκόπτων σου τὴν πρόφασιν ταύτην, οὐ μίαν σοι δέδωκε μόνον ὁδὸν, οὐδὲ δευτέραν, οὐδὲ τρίτην, ἀλλὰ πολλὰς καὶ διαφόρους, ἵνα τῷ πλήθει εὐκολόν σοι ποιήσῃ τὴν ἀνάβασιν τὴν εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ ἐλέγομεν ὅτι εὐκόλος ἡ μετανοία, καὶ οὐδὲν βάρος ἐν αὐτῇ. Ἀμαρτωλὸς εἶ· εἰπάθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, εἰπέ ὅτι ἡμάρτηκα, καὶ ἔλυσας τὴν ἀμαρτίαν. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Δαυὶδ παρηγάγομεν εἰς μέσον ἀμαρτήσαντα, καὶ λέγοντα τῇ ἀμαρτίᾳ· εἰπα δευτέραν ὁδὸν ὑπεθέμεθα, τὸ πενήθῃαι ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ, καὶ ἐλέγομεν, ποῖος κάματος οὐτός; οὐκ ἔνι χρήματα καταβαλεῖν, οὐδὲ πολλὴν ὁδὸν πεζεύσαι, οὔτε τι ἄλλο τοιοῦτον, ἀλλὰ πενήθῃαι μόνον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ· καὶ παρηγάγομεν ἀπὸ τῆς Προφῆας οὗτο, ὅτι ὁ Θεὸς μετεμελήθη ἐπὶ τοῦ Ἀχαῖθ, διὰ τὸ πενήθῃαι αὐτὸν καὶ σκυθρωπάσαι· καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔλεγε πρὸ Ἡλίου· Εἶδες πῶς ἐπερεύθη Ἀχαῖθ ἐνώπιόν μου πενήθων, καὶ σκυθρωπάσων; Ἄν μὴ ποιήσω κατὰ τὸν

^a Sic se habet in Savillio titulus: Περὶ μετανοίας καὶ ἐλεημοσύνης λόγος γ'.

^b Moret. ὅπου κατέλυσεν, Savil. ὅπου κατέλυσε, miss. Beg. ἢ ποῦ κατέλυσεν. Heimb. Savil. ὅπου ποῦ κατέλυσε, ἢ ποῦ ἐπαυσάμεθα; ἢ ἐκ ποίας ὑποθ. Miss. Beg. αὐτοῦ ἢ ποῦ ἐπαυσάμεθα τῆς προτέρας.

^c Savil. καὶ οἶκον φροντίζει. Hous. Beg. καὶ τὰ περὶ οἶκον φροντίζει ἀπαντα. Miss. ἴδεναι αὐτὸν δὲ ἐν χειροτέχναις, καὶ εἰς ἕμιον ἀναστρέφεται, καὶ εἰς.

θυμόν μου. Εἶτα καὶ τρίτην ὁδὸν ἐδιδόσαμεν μετανοίας, καὶ παρηγάγομέν ἐκ τῆς Γραφῆς εἰς τὸ μέσον τὸν Φαρισαῖον καὶ τὸν τελώνην, ὅτι ὁ μὲν Φαρισαῖος ὑπερηφάνως ἀλαζονευόμενος, τῆς δικαιοσύνης ἐξέπεσεν· ὁ δὲ τελώνης ταπεινοφρονήσας, ἔγκαρπος δικαιοσύνης κατήλθε, καὶ οὔτε ἓνα κάματον ἀναλώσας δίκαιος ἐγένετο· ῥήματα ἔβαλε, καὶ πράγματα ἔλαβε. Φέρε οὖν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἔλθωμεν, καὶ τετάρτην ὁδὸν μετανοίας προάξωμεν· ποίαν δὲ ταύτην; Λέγω δὴ τὴν ἐλεημοσύνην τὴν βασιλίδα τῶν ἀρετῶν, τὴν ταχέως ἀνάγουσαν εἰς τὰς ἀψίδας τῶν οὐρανῶν τοὺς ἀνθρώπους^a, τὴν συνήγορον τὴν ἀρίστην. Μέγα πρᾶγμα ἐλεημοσύνη· διὰ τοῦτο καὶ Σολομὼν ἐβόα· *Μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων*. Μεγάλα τὰ πτερὰ τῆς ἐλεημοσύνης· τέμνει τὸν ἀέρα, παρέρχεται τὴν σελήνην, ὑπερβαίνει τὰς ἑκτίνας τοῦ ἡλίου, εἰς αὐτὰς ἀνέρχεται τὰς ἀψίδας τῶν οὐρανῶν. Ἄλλ' οὗτ' ἐκεῖ ἴσταται, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν παρέρχεται, καὶ τοὺς δῆμους τῶν ἀγγέλων παρατρέχει, καὶ τοὺς χοροὺς τῶν ἀρχαγγέλων, καὶ τὰς ἀνωτέρας πάσας δυνάμεις, καὶ αὐτῷ παρίσταται τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ· καὶ ἐξ αὐτῆς διδάχθητι τῆς Γραφῆς τοῦτο λεγούσης· *Κορηθίε, αἱ προσευχαὶ σου, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*. Τὸ δὲ, *Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ* ἔστι, *Κἂν* πολλὰς ἔχῃς ἁμαρτίας, ἐλεημοσύνη δὲ ἢ συνήγορος, μὴ φοβοῦ· οὐδεμία γὰρ αὐτῇ τῶν ἄνω δυνάμεων ἀντιτάσσεται· χρέος ἀπαιτεῖ, ἴδιον ἔχει χειρόγραφον μετὰ χειρὸς βαστάζουσα^b. Αὐτοῦ γὰρ ἔστι τοῦ Δεσπότης φωνή, ὅτι *Ὅς ἂν ποιήσῃ ἐν^c τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἐμοὶ ἐποίησεν*. Ὡστε οὖν ὅσας ἔχεις ἄλλας ἁμαρτίας, ἢ ἐλεημοσύνη σου βαρεῖ τὰς ὄλας.

[296] β'. Ἡ οὐκ οἶδας ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῶν δέκα παρθένων τὸ ὑπόδειγμα, πῶς αἱ μὴ ἔχουσαι ἐλεημοσύνην, παρθενίαν δὲ ἀσκήσασαι· ἐξω ἔμειναν τοῦ νυμφῶνος; Ἦσαν γὰρ, φησὶ, *δέκα παρθένοι, πέντε μωραὶ, καὶ πέντε φρόνιμοι*· καὶ αἱ μὲν φρόνιμοι ἔλαιον εἶχον, αἱ δὲ μωραὶ ἔλαιον οὐκ εἶχον, ἐσβέννυντο δὲ αἱ αὐτῶν λαμπάδες. Προσελθοῦσαι δὲ αἱ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον· *Δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγείων ὑμῶν*. Αἰσχύνομαι καὶ ἐρυθριῶ καὶ δακρῶ, ὅταν παρθένον μωρὰν ἀκούσω· τοῦτο τὸ ὄνομα ἀκούων ἐρυθριῶ, μετὰ τὴν ἀρετὴν, μετὰ παρθενίας ἀσκησιν, μετὰ τὸ σῶμα εἰς οὐρανὸν ἀναπερῶσαι, μετὰ τὸ πρὸς τὰς ἄνω δυνάμεις τὴν ἄμιλλαν ἔχειν, καὶ τὸν καύσωνα ὑπομείναι, μετὰ τὸ τὴν κάμινον τῆς ἡδονῆς καταπατῆσαι· τότε μωραὶ ἤκουσαν^c, καὶ δικαίως μωραὶ, ὅτι τὸ μέγα ποιήσασαι, ὑπὸ τοῦ μικροῦ ἠτήθησαν. *Καὶ προσῆλθον*, φησὶν, *αἱ μωραὶ,*

^a Savil. et Reg τὴν ταχὺ ἀνοίγουσαν τὰς ἀψίδας... τοῖς ἀνθρώποις. Utraque lectio quadrat.

^b Savil. : « Κορηθίε... ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Τὸ δὲ, « ἐνώπιον Θεοῦ, » τοῦτο ἔστι, *Κἂν* πολλὰς ἔχῃς ἁμαρτίας, ἐλεημοσύνην δὲ ἔχῃς μετὰ σοῦ συνήγορον, μὴ φοβοῦ· οὐδεὶς γὰρ αὐτῇ τῶν ἄνω δυνάμεων ἀντιτάσσεται. « Ἐλεος κατακαυχᾶται κρίσεως » καὶ, « Τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι » καὶ, « Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἐνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησας. » Καὶ πολλὰ ἕτερα ἔστιν εὐρεῖν ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ἐγγεγραμμένα, καθὼς λέγει ἡ Γραφή. Χρέος γὰρ ἀπαιτεῖ ἴδιον, χειρόγραφον βαστάζουσα τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Vide notam Latinam.

^c Haec est lectio Savilii, quam recipere placuit. Vulgo pro τὸν καύσωνα ὑπομ., legebatur τὸν κάματον ποιήσασαι, et post τὸν μωρὰν vox ἤκουσαν abest. Lxxi.

καὶ εἶπον ταῖς φρονίμοις· *Δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγείων ὑμῶν*. Αἱ δὲ εἶπον· *Οὐ δυνάμεθα δοῦναι ὑμῖν, μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν*· οὐδ' ἀσπλαγχνίαν τοῦτο ποιῶσαι, οὐδὲ διὰ κακίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ στενὸν τοῦ καιροῦ· ἔμελλε γὰρ ὁ νυμφίος ἐρχεσθαι. Εἶχον καὶ αὐταὶ λαμπάδας· ἀλλ' ἐκείνων μὲν εἶχον ἔλαιον, αὐτῶν δὲ οὐκ εἶχον. Τὸ γὰρ πῦρ ἔστιν ἡ παρθενία, τὸ δὲ ἔλαιον ἔστιν ἡ ἐλεημοσύνη. Ὡςπερ οὖν τὸ πῦρ, ἐὰν μὴ ἔχη ἔλαιον ἐπιστάζον, ἀφανίζεται, οὕτω καὶ ἡ παρθενία, ἐὰν μὴ ἔχη ἐλεημοσύνην, σβέννυται. *Δότε ἡμῖν ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγείων ὑμῶν*. Αἱ δὲ πρὸς αὐτάς· *Οὐ δυνάμεθα δοῦναι ὑμῖν*. Ἄλλ' οὐ κακίας τὸ ῥῆμα τοῦτο ἀλλὰ φόβου· *Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν*· μήποτε ὡς ζητοῦμεν ὄλαι εἰσελθεῖν, ὄλαι ἀπομείνωμεν· Ἄλλ' ἀπελθοῦσαι ἀγοράσατε ἀπὸ τῶν πωλούντων. Τίνες δὲ οἱ ἔμποροι τοῦ ἐλαίου τούτου; ^d Οἱ πτωχοὶ, οἱ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθεζόμενοι πρὸ τῆς ἐκκλησίας. Καὶ πόσου; Ὅσου θέλεις· τιμὴν οὐκ ἐπιτίθημι, ἵνα μὴ πενίαν προβάλλῃ. Ὅσον ἔχεις, τοσοῦτον ἀγόρασον· ἔχεις ὄβολόν; ἀγόρασον τὸν οὐρανόν· οὐχ ὅτι εὐωνος ὁ οὐρανός, ἀλλ' ὅτι φιλόανθρωπος ὁ Δεσπότης. Οὐκ ἔχεις ὄβολόν; ποτήριον ὄδου ψυχροῦ ὕδατος· Ὅς ἂν ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος ἓνα τῶν ἐλαχίστων τούτων ἐνσκαμοῦ, σὺ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθόν αὐτοῦ. Ἐμπορία καὶ πραγματεία ὁ οὐρανός, καὶ ἡμεῖς ἀμελοῦμεν. Ὅδου ἄρτον, καὶ λαβὴ παράδεισον· ὄδου μικρὰ, καὶ λαβὴ μεγάλη· ὄδου θνητὰ, καὶ λαβὴ ἀθάνατα· ὄδου φθαρτὰ, καὶ λαβὴ ἀφθαρτα. Εἰ ἦν πανήγυρις, καὶ εὐωνίαν ἔχουσα, καὶ ἀφθονίαν σιτίων, καὶ τὰ πολλὰ ὀλίγου πιπρασκόμενα, οὐκ ἂν τὰς οὐσίας διαπωλήσαντες, καὶ πάντα δεύτερα θέντες, τῆς πραγματείας ἐκείνης περικρατεῖς ἐγένεσθε; Καὶ ὅπου μὲν φθαρτὰ, τοσαύτην ἐνδείκνυσθε σπουδὴν· ὅπου δὲ πραγματεία ἀθάνατος, τοσοῦτον ῥαθυμεῖτε καὶ ἀναπεπτώκατε; Ὅδου πένητι, ἵνα κἂν σὺ σιωπᾶς, καὶ μυρία στόματα ὑπὲρ σοῦ ἀπολογῶνται, τῆς ἐλεημοσύνης ἐνεστώσης καὶ συνηγορούσης· λύτρον ψυχῆς ἔστιν ἐλεημοσύνη. Διὰ τοῦτο ὡςπερ οἱ λουτήρες ὕδατος πεπληρωμένοι εἰσὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας, ἵνα νίψῃ τὰς χεῖρας· οὕτω τῆς ἐκκλησίας ἔξω οἱ πένητες καθέζονται, ἵνα πλύνης τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς. Ἐπλυνας τὰς χεῖρας [297] τὰς αἰσθητάς τῷ ὕδατι; πλύνον τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς τῇ ἐλεημοσύνῃ. Μὴ πενίαν προβάλλου· ἡ χηρὰ ἐν τῷ ἐσχάτῳ τῆς πενίας ἐξένισε τὸν Ἥλιον, καὶ ἡ πενία κώλυμα οὐκ ἐγένετο, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς χαρᾶς αὐτὸν ὑπεδέξατο· διὸ καὶ ἀξίους ἀπέλαβε τοὺς καρπούς, καὶ ἐθέρισε τὸν στάχυν τῆς ἐλεημοσύνης. Ἄλλ' ἴσως ὁ ἀκροατὴς φησὶ, *Δός μοι τὸν Ἥλιον*. Τί ζητεῖς τὸν Ἥλιον; τὸν Δεσπότην σοι δίδωμι τοῦ Ἥλια, καὶ οὐ τρέφεις αὐτόν. Τὸν Ἥλιον εἰ εὖρες, πῶς ἂν ἐξένισας αὐτόν; Χριστοῦ ἔστι τοῦ Δεσπότητος τῶν ὄλων ἀπόφασις· *Ὅς ἂν ποιήσῃ ἐνὶ τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἐμοὶ ἐποίησεν*. Εἰ βασιλεὺς ἓνα τινὰ ἐκάλεσεν ἐπὶ τοῦ δείπνου, καὶ

^d Οἱ πτωχοὶ... καθεζόμενοι. Καὶ πόσου; ὅσον θέλεις, ὅσον ἰσχύεις· οὐχ ὅσον θέλει ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅσον ἰσχύεις σὺ... προβάλλῃ. Ὅσον ἔχεις ὄβολων, ἀγόρασον τὸν οὐρανόν... ὁ Δεσπότης. Οὐκ ἔχεις χρυσίον δοῦναι; ὄδου ἀργύριον, ὄδου ὄβολόν, ὄδου ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος. Τὸ γὰρ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον οὐ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων ὀρίζει ὁ Θεός, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς οὐσίας τοῦ δότητος. Sic Savil., qui ita variare perguit. Edit.

(5. *Regum* 21. 29). Hinc tertiam dedimus pœnitentiæ viam¹, ac de Scriptura Pharisæum duximus in medium, simul et publicanum: quod Pharisæus quidem superbe elatus, a justitia exciderit; publicanus vero humiliter sentiens, fructum justitiæ suscepit, neque ullo suscepto labore justificatus sit: verba dedit, res accepit. Age ergo cœptum sequamur, et quartam proferamus pœnitentiæ viam. Et quænam ea est? Eleemosyna, regina virtutum, quæ homines celerrime ipsorum in cælorum axes adducit² advocati optimi loco fungens. Magna res eleemosyna; propterea clamabat et Salomon: *Magna res homo, et pretiosa vir misericors* (*Prov.* 20. 6). Magnæ sunt alie eleemosynæ: præcidit aerem, transit lunam, solis radios excedit, ad ipsum venit cælorum culmen. Sed nec illic subsistit, ipsos pertransiens cælos, et angelorum turmas decurrens, archangelorumque choros, et omnes superiores potestates, ipsi assistit regali throno: quod ex ipsa disce Scriptura: *Corneli, eleemosynæ*, inquit, *et orationes tuæ ascenderunt in conspectu Dei* (*Act.* 10. 4). Illud autem, *In conspectu Dei*, est, tametsi multa habueris peccata, si advocatrix eleemosyna sit, ne timeas. Nulla enim ex supernis potestatibus huic resistit: debitum reposcit, chirographum suum manibus gestans. Ipsius enim Domini est vox³: *Si quis fecerit uni ex minimis his, mihi fecit* (*Matth.* 25. 40). Ita ergo quotquot alia habueris peccata, eleemosyna tua omnibus est gravior.

2. *Oleum est eleemosyna quæ quinque virginibus fatuis deficiebat.* — Annon intellexisti in evangelio decem virginum parabolam, quod eleemosynam non habentes, virginitatem licet servarent, extra thalamum nuptialem manserunt? *Erant enim*, inquit, *decem virgines, quinque fatuæ et quinque prudentes* (*Ibid.* v. 2. 3): prudentes quidem oleum habebant, stultæ vero non habebant oleum, sed earum lampades exstinguiebantur. Accedentes autem stultæ ad prudentes dixerunt: *Date nobis oleum de vasis vestris* (*Ib.* v. 8). Pudet me et rubore confundor et lacrymor virginem stultam audiens. Erubescio cum audio nomen, post talem virtutem, et virginitatis studium, ubi corpus in cælum erexerant, ubi cum ipsis supernis virtutibus certamen habuerant, æstumque toleraverant, ubi ipsam voluptatis flammam conculeaverant⁴, tunc fatuæ, et jure fatuæ vocabantur, quod majus cum fecissent, a minore victæ sint. *Et accedentes fatuæ dixe-*

runt sapientibus: Date nobis oleum de vasis vestris. Hæ autem dixerunt: Non possumus vobis dare, ne forte non sufficiat nobis et vobis (*Matth.* 25. 8. 9): non ex inclementia vel improbitate id agentes, sed propter temporis angustias: venturus enim erat sponsus. Habebant et ipsæ lampades; sed illarum quidem vasa oleum habebant, harum vero non habebant. Ignis est virginitas, oleum autem est eleemosyna; nam ut ignis, nisi oleum destillans habeat, perit; sic virginitas, nisi conjunctam habeat eleemosynam, exstinguitur. *Date nobis oleum de vasis vestris.* At illæ responderunt ipsis: *Non possumus vobis dare. Et non malitiæ illud verbum, sed timoris: Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ne forte quemadmodum omnes intrare quærimus, omnes remaneamus; sed abeuntes emite vobis a vendentibus.* Quinam sunt mercatores olei hujus? Pauperes ad eleemosynam pro foribus ecclesiæ sedentes. Et quanti emitur? Quanti libuerit: pretium non appono, ne objicias inopiam. Quanti potes, tanti eme. Habes obolum? eme cælum, non quod vili pretio venale sit cælum, sed quod elemens sit Dominus. Non habes obolum? da calicem frigidæ aquæ: inquit enim: *Quicumque dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ propter me, non perdet mercedem suam* (*Matth.* 10. 42). Mercatura negotiatioque cælum est, et nos pigritamur. Da panem, et accipe paradysum: parva da, et magna suscipe: da mortalia, immortalia recipe: da corruptibilia, incorruptibilia accipe. Si essent munditiæ atque in iis annonæ vilitas et abundantia, multa que parvo emerentur, annon substantiam vendentes, cunctaque postponentes, in partem ejus negotiationis veniretis? Ubi corruptibilia sunt, tanto studio laboratis: et ubi immortalis est negotiatio, pigritamini, atque adeo conciditis? Da inopi, ut, quamvis tu tacueris, ora pro te respondeant infinita, eleemosyna tua stante ac patrocinate: pretium redemptionis animæ eleemosyna est. Ideo quemadmodum vasa aquæ plena pro foribus ecclesiæ⁵ sunt, quo manus laves, sic et pauperes pro ecclesia sedent, ut animæ manus abluas. Aqua manus corporeas lavisti? eleemosyna manus animæ lava. Ne inopiam præendas: vidua in extrema paupertate Eliam hospitabatur (*3. Reg.* 17), ac paupertas non fuit impedimento, sed eximio cum gaudio suscepit eum: quare et dignos recepit fructus, et metens eleemosynæ spicam legit. Sed fortasse auctor dicit, *Da et mihi Eliam.* Quid quæris Eliam? Dominum Eliæ do tibi, nec ipsum cibus: Eliam si inveneris, quomodo hospitaberis? Christi universorum Domini sententia est, *Quicumque uni ex minimis fecerit, mihi fecit* (*Matth.* 25. 40). Si forte rex quempiam ad cœnam appellaverit, atque, famulis adstan-

¹ Illud, pro foribus ecclesiæ, deest in Savilio et in Reg. Codd. Et sic prosequitur Savilius: *Et quantum? tantum eme quantum vis, quantum potes, non quantum alius vult, sed quantum potes tu; ne objicias inopiam. Obolis, quot habes, cælum eme, non quod vili pretio venale sit cælum, sed quod elemens sit Dominus. Non habes unde aurum dones, argentum dona; da obolum, da poculum frigidæ: Deus enim amplitudinem aut exiguitatem desinit, non secundum mensuram datorum, sed secundum facultatem status donantis.* Et alie sequuntur in Savilio hujus generis varietates.

¹ Savil., *hinc monstravimus tertiam pœnitentiæ viam.*

² Savil. et Reg., *quæ celeriter aperit axes cælorum: utraque lectio quadrat.*

³ Sav., *Ascenderunt, in memoraculum, in conspectu Dei. Illud vero, « in conspectu Dei » hoc est: Tametsi multa habueris peccata, si eleemosynam tecum habes advocatricem ne timeas, nulla enim ex supernis potestatibus huic resistit. « Misericordia judicium dei id est; » et, « redime peccata tua in eleemosynis; » et, « quamdiu feceris uni ex his fratribus meis minimis, mihi feceris. » Hæc et multa alia reperire est de eleemosyna scripta, icat loquitur scriptura. Debitum enim suum reposcit, chirographum gestans sanctum Evangelium. Ipsius enim Domini est vox, etc. In sequentibus nem nulla pene clausula est, in qua inter utramque discrimina non occurrant. Sed sincerior videtur Moellhæmæ contextus. Cui vero non nisi exscribendo totum savilianæ contextum, omnia possimus annotare, id monuisse satis esto.*

⁴ Sic habet Sav. Legebatur, laboreque egerant. Mox decrat vox, vocabantur, quam ex Savilio restituimus.

tibus, ad eos dixerit : Reddite gratias huic meo nomine quamplures, qui me inopia laborantem nutrit et hospitio excepit, qui mihi beneficia in tempore angustiae per multa contulit : annon certatim quisque accurrens pecunias omnes suas expenderit ejus causa, cui rex gratias egerit ? annon hae illi accepta tulerit ? annon se illi quisque commendare atque amicitia jungere studuerit ?

3. *Eleemosynæ fructus.* — Vidistis sermonis virtutem ? Si ergo apud hominem regem tantum honoris res ipsa tribuit, cogita Christum in illa die coram angelis omnibusque Virtutibus vocantem ac dicentem : Hic me in terra suscepit hospitio, hic mihi innumera contulit beneficia, hic me peregrinum excepit : cogita de cætero fiduciam inter angelos, inter cælestes choros gaudium. Igitur cui testimonium Christus perhibet, non fiduciam super angelos habuerit ? Magna igitur res eleemosyna, fratres. Hanc amplectamur, cui nihil aequale : potens est enim peccata alia delere, judiciumque propulsare : te tacente stat et patrocinator ; imo vero te tacente innumera ora pro te gratias reddunt. Tot ex eleemosyna proficiunt bona, et ipsi pigritamur et concidimus. Da panem pro facultatibus tuis : non habes panem ? da obolum : non habes obolum ? da vel frigidae aquæ calicem : atqui neque id habes ? vel malis oppresso compatere, atque appensam mercedem habes. Non enim necessitatis, sed intentionis est merces. Sed ecce dum de his disserimus, virginum cura nobis excidit ; age ergo ad propositum redeamus. *Date nobis oleum de vasis vestris. Non possumus vobis dare, Ne forte non sufficiat nobis et vobis, sed euntes emite a vendentibus. Abeuntibus autem ipsis, venit sponsus, et quæ habebant lampades splendidas, intraverunt cum eo, et clausa est janua thalami (Matth. 25. 10).* Quinque autem fatuæ accedentes januam thalami pulsabant clamantes : *Aperi nobis (Ib. v. 11).* Vox autem sponsi ab intra ad eas : *Recedite a me, nescio vos (Ibid. v. 12).* Et post tantos labores quid audierunt ? *Nescio vos.* Id est quod dixi, frustra et incassum magnam virginum possessionem possederunt. Cogita quomodo post tot labores exclusæ sunt, postquam frenarant incontinentiam, postquam supernis cum Virtutibus certamen habuerant, postquam vitæ hujus res spreverant, postquam æstum toleraverant magnum, postquam septa transierant, postquam de terra ad cælum evolaverant, postquam corporis signaculum non solverant, ac magnum virginum specimen acquisiverant, postquam certamen cum angelis inierant, postquam corporis necessitates superaverant, postquam naturæ oblitæ fuerant, postquam in corpore, quæ incorporeorum sunt, perlecerant, postquam magnum atque invictum virginum bonum possederant, tunc audierunt : *Recedite a me, nescio vos.* Neque enim mihi existimaveris tantillam virginum esse magnitudinem : talis enim virginum est, ut ipsam potuerit nemo veterum conservare. Propterea enim gratia magna, quod quæ tremenda prophetis fuerant et veteribus, eadem nunc facilia levique

existimantur. Quænam enim fuerant gravissima et violenta ? Virginitas, mortisque despectus ; at ea nunc vel teneræ puellæ parvi pendunt. Adeo enim gravis erat virginum possessio, ut hac se nemo veterum religaret. Noë justus erat, et a Deo testimonium accepit, sed mulieri adhæsit : similiter Abraham et Isaac, ejusdem ac ille promissionis heredes, cum muliere consuetudinem habuerant. Joseph castus adulterii facinus se patraturum negavit (*Gen. 39*), sed hic cum muliere consuetudinem habuit : gravis etenim erat virginum professio. Ex eo tempore firma facta est virginum, ex quo flos virginum germinavit. Nemo igitur veterum poterat virginum servare : magnum etenim est corpus frenare. Pinge mihi sermone virginum specimen ; atque virtutis magnitudinem discere : quod bellum habeat quotidie nullatenus sedandum, ipso barbarico bello deterius. Nam barbarorum bellum vel tempus quietis habet, cum paciscuntur ; et quandoque quidem pugnant, quandoque non ; et ordines et statuta tempora sunt : belli vero cum virginum gesti nulla datur quies. Diabolus est enim semper bellum inferens, qui temporis observationem non novit, non tempus expectat ad conflictum, sed querit semper virginem nudam invenire, quo mortale infligat vulnus ; neque ab hoc bello unquam virgo cessare potest, sed in se tumultum hostemque circumagit. Et damnati quidem etiamsi ad tempus judicem videant, non paribus tamen molestiis premuntur ; virgo autem quocumque abierit, et judicem circumagit secum, et hostem secum portat, qui neque vesperum permittit respirare, non nocte, non diluculo, non meridie, sed bellum gerit semper, voluptatemque submittit, nuptias in memoriam adducens, quo virtutem excludat, malitiamque in ea generet, continentiam expellat, fornicationem inferat : incenditur singulis horis voluptatis fornax suaviter succensa. Cogita quantus talis officii labor sit. At illæ post hæc omnia audiverunt : *Recedite a me, nescio vos.* Vide quam magna res sit virginum ; cum sororem habuerit eleemosynam, in eam nulla adversa poterunt, sed omnibus superior erit : propterea non introiverunt illæ, quod cum virginum eleemosynam non habuerint. Multo robore digna res est : voluptatem cum debellasset, pecuniam non sprevisi ; sed virgo quæ vitæ renuntiasti, crucifixa pecuniam amas. Utinam virum desiderasses, atque minus criminandum fuerat : nam eju dem substantiæ rei ac materiam desiderasses ; jam vero majus est crimen, quod materiam alienam desideraveris. Esto, quæ sub viro sunt sævitiam male ostendunt filiorum pretextu : quod si ei dixeris, Da eleemosynam, Filios, inquit, habeo, et nequeo. Deus filios tibi dedit, fructum ventris accepisti, non quo sæva, sed quo pia misericorsque fias. Ne igitur causam clementiæ pietisque sævitie causam feceris. Cupis hereditatem bonam filiis tuis relinquere ? eleemosynam relinque, quæ te omnes laudibus efferant, celeberrimæ tui nominum relinquas. Tu vero non habens filios, sed mendam crucifixam, quid pecunias congregas ?

τῶν θεραπεύοντων παρεστηκότων εἶπε πρὸς αὐτούς· Εὐχαριστήσατε τούτῳ πολλά ἀντ' ἐμοῦ· οὗτός με ἐν πενία ὄντα διέθρεψε καὶ ἐξένισεν, οὗτος ἐμοὶ πολλὰς εὐεργεσίας ἐν καιρῷ στενοχωρίας παρέσχε· πῶς οὐκ ἂν ἕκαστος τὰ χρήματα αὐτοῦ ὅλα πρὸς ἐκεῖνον ἀνήλωσεν, ὃ ὁ βασιλεὺς ἠὲ χαρίστησε; πῶς οὐκ ἂν ἀπελογίσαστο; πῶς οὐκ ἂν ἕκαστος ἐσπούδασεν ἑαυτὸν αὐτῷ παραθέσθαι καὶ φιλιωθῆναι;

γ'. Εἶδετε τὴν δύναμιν τοῦ λόγου; Εἰ δέ γε ἐπὶ βασιλέως ἀνθρώπου τοσαύτην τιμὴν ἔχει τὸ πρᾶγμα, ἐννόησον Χριστὸν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καλοῦντα ἐπὶ ἀγγέλων καὶ πάσης δυνάμεως, καὶ λέγοντα· Οὗτός με ἐν τῇ γῆ ἐξένισεν· οὗτός με μυρία εὐεργέτησεν· οὗτός με ξένον ὄντα συνήγαγεν· ἐννόησον λοιπὸν τὴν παρρησίαν τὴν ἐπὶ τῶν ἀγγέλων, τὸ καύχημα τὸ ἐπὶ τῶν δῆμων τῶν ἄνω. Ὁ ὁ Χριστὸς μαρτυρεῖ, πῶς οὐκ ἂν σχῆ παρρησίαν ὑπὲρ ἀγγέλους; Μέγα οὖν πρᾶγμα ἐλεημοσύνη, ἀδελφοί· ταύτην ἀσπασώμεθα, ἥς οὐδὲν ἴσον· ἰκανή ἐστι καὶ ἄλλας ἀμαρτίας ἐξαλεῖψαι, καὶ τὴν κρίσιν ἀπελάσαι· σοῦ σιωπῶντος ἔστηκε καὶ συνηγορεῖ· μᾶλλον δὲ σοῦ σιωπῶντος μυρία στόματα εὐχαριστεῖ ὑπὲρ σοῦ. Τοσαῦτα ἀγαθὰ ἐκ τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ ἡμεῖς ἀμελοῦμεν καὶ ἀναπεπτώκαμεν. Δὲς κατὰ δύναμιν ἄρτον· οὐκ ἔχεις ἄρτον; δὲς ὄβολόν· οὐκ ἔχεις ὄβολόν; δὲς ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος· οὐκ ἔχεις τοῦτο; συμπένησον τῷ θλιβομένῳ, καὶ ἔχεις μισθόν. Οὐ γὰρ τῆς ἀνάγκης ὁ μισθός, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως. Ἄλλ' ὡς ἐτι περὶ τούτου διαλεγόμεθα, ἐξῆλθεν ἡμῖν ἡ φροντίς τῶν παρθένων· φέρε οὖν εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμον. Δότε ἡμῖν, φησὶν, ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγγέλων ὑμῶν. Οὐ δύναμεθα δοῦναι ὑμῖν, μήποτε οὐκ ἀρκέσει ἡμῖν καὶ ὑμῖν· ἀλλ' ἀπελθοῦσαι ἀγοράσατε ἀπὸ τῶν πωλούντων. Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος, καὶ αἱ ἔχουσαι τὰς λαμπάδας φαιδρὰς συνεισηλθον αὐτῷ, καὶ ἀπεκλείσθη ἡ θύρα νυμφῶνος. Ἦλθον δὲ καὶ αἱ πέντε μωραὶ, καὶ ἔκρουον τὴν θύραν τοῦ νυμφῶνος βοῶσαι· Ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ φωνὴ ἔσωθεν πρὸς αὐτὰς τοῦ νυμφίου· Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Καὶ μετὰ τοσοῦτους καμάτους τί ἤκουσαν; Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Τοῦτό ἐστιν, ὃ ἔλεγον, εἰκὴ καὶ μάτην ἐκτῆσαντο τὸ μέγα κτήμα τῆς παρθενίας. Ἐνόησον, μετὰ τοσοῦτους καμάτους ἐξεβλήθησαν, ὅτε ἀκρασίαν ἐγαλίνωσαν, [298] ὅτε πρὸς τὰς ἄνω δυνάμεις τὴν ἀμίλλαν εἶχον, ὅτε τῶν βιωτικῶν κατεγέλασαν πραγμάτων, ὅτε τὸν καύσωνα ὑπήνεγκαν τὸν μέγαν, ὅτε τὰ σκάμματα ὑπερέβησαν, ὅτε ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀναπετερώθησαν ὅτε τοῦ σώματος τὴν σφραγίδα οὐ διέλυσαν, ὅτε τὸ μέγα εἶδος τῆς παρθενίας ἐκτῆσαντο, ὅτε τὴν ἀμίλλαν πρὸς τοὺς ἀγγέλους ἔσχον, ὅτε τοῦ θάνατος τὰς ἀνάγκας κατεπάτησαν, ὅτε τῆς φύσεως ἀπελήθησαν, ὅτε ἐν σώματι τὰ ἀσώματα ἐπατάσαν, ὅτε τὸ μέγα καὶ ἀκαταμάχητον κτήμα τῆς παρθενίας ἀνέστησαν τῆτε ἔκρουσαν. Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Διὲ γὰρ ἐμοὶ νομίστε τὸ τῆς παρθενίας μέγεθος μικρὸν εἶναι· τοιοῦτος ἐστὶν ἡ παρθενία, ὅτι οὐδεὶς ἠδυνήθη τῶν ἀρχαίων τοῦτο τηρεῖται. Διὰ τοῦτο γὰρ ἡ χάρις μεγάλη, ὅτι ἂν ἦν ἄριστος

ἐν τοῖς προφήταις καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις, ταῦτα ἐγένετο νῦν εὐκαταφρόνητα. Τίνα γὰρ ἦν τὰ βαρύτερα καὶ ἀναγκαῖα; Παρθενία, καὶ θανάτου ὑπεροψία· ἀλλὰ τούτων νῦν καὶ κόραι εὐτελεῖς καταφρονουσι. Βαρὺ γὰρ ἦν τὸ τῆς παρθενίας κτήμα οὕτως, ὡς μηδένα δύνασθαι ταύτην ἀσκήσει τῶν παλαιῶν. Νῦν δίκαιος καὶ μαρτυρηθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ γυναικὶ προσωμίλησεν· ὁμοίως δὲ Ἄβραάμ καὶ Ἰσαὰκ οἱ συγκληρονόμοι αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας γυναικὶ προσωμίλησαν. Ἰωσήφ ὁ σώφρων τὸ μέγα δρᾶμα τῆς μοιχείας ἠρνήσατο· ἀλλὰ καὶ οὗτος γυναικὶ προσωμίλησεν· βαρὺ γὰρ ἦν τὸ ἐπάγγελμα τῆς παρθενίας. Ἐκτοτε ἰσχυρὰ ἡ παρθενία ἐγένετο, ἐξότε τὸ ἄνθος τὸ τῆς παρθενίας ἐβλάστησεν. Οὐδεὶς τοίνυν τῶν παλαιῶν ἠδυνήθη παρθενίαν ἀσκήσαι· μέγα γὰρ πρᾶγμα σῶμα χαλινῶσαι. Ἀναζωγράφησον τῷ λόγῳ τὸ τῆς παρθενίας εἶδος, καὶ κατάμαθε τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς αὐτῆς· ἐτι πόλεμον ἔχει ἐφ' ἐκάστης ἡμέρας οὐδέποτε δυνάμενον ἡσυχάσαι· χείρων τοῦ βαρβαρικοῦ πολέμου οὗτος ὁ πόλεμος. Ὁ μὲν γὰρ τῶν βαρβάρων πόλεμος καιρὸν τινα ἔχει ἀνοχῆς ἐν ταῖς συνθήκαις, καὶ ποτὲ μὲν συμβάλλουσι, ποτὲ δὲ οὐ, καὶ τάξεις καὶ χρόνοι εἰσὶν· ἐπὶ δὲ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τὴν παρθενίαν οὐκ ἐστὶν ἀνοχή· διότι ὁ πολέμων, οὐ καιρὸν ἐπιτηρεῖν ἐπιθέσεως εἰδώς, οὐ σύνταξιν πρὸς τὴν συμβολὴν ἐκδεχόμενος, ἀλλ' ἔστηκεν αἰ ζητῶν τὴν παρθένον γυμνὴν εὐρεῖν, ἵνα καιρίαν ἐπαγάγῃ τὴν πληγὴν καὶ οὐδέποτε δύναται ἡ παρθένος τοῦ πολέμου παύσασθαι τούτου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τὸν τάραχον περιάγει καὶ τὸν πολεμιστήν. Καὶ οἱ μὲν κατάδικοι κἂν πρὸς καιρὸν ἴδωσι τὸν ἄρχοντα, οὐχ οὕτω χεϊμάζονται· ἡ δὲ παρθένος ὅπουπερ ἂν ἀπέρχηται, τὸν δικαστὴν περιάγει μεθ' ἑαυτῆς, καὶ τὸν πολέμιον περιφέρει, καὶ ὁ πολέμιος οὐχ ἐσπέρας αὐτῇ δίδωσιν ἀνεσιν, οὐκ ἐν νυκτὶ, οὐκ ἐρυθροῦ, οὐκ ἐν μεσημβρίᾳ· ἀλλὰ πολεμεῖ πάντοτε, ἠδονὴν ὑποτιθέμενος, γάμον μηνύων, ὅπως τὴν ἀρετὴν ἐξ αὐτῆς ἀποδιώξῃ, καὶ ὅπως τὴν κακίαν ἐν αὐτῇ ἐγγεννήσῃ· ὅπως τὴν σωφροσύνην αὐτῆς ἀπελάτῃ, ὅπως πορνείαν ἐνσπίρῃ· ἐκκαίεται ἐφ' ἐκάστης ὥρας τῆς ἠδονῆς ἡ κάμιμος μαλθακῶς ὑποκαιομένη. Ἐνόησον πόσος τοῦ κατορθώματος ὁ κάματος. Ἄλλ' ἐκεῖναι μετὰ ταῦτα πάντα ἤκουσαν, Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Ὅρα πῶς μέγα πρᾶγμα ἡ παρθενία· ὅταν ἔχῃ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς τὴν ἐλεημοσύνην, οὐδὲν αὐτῆς περιγίνεται τῶν [299] δαινῶν, ἀλλ' ἀνωτέρα πάντων ἐστὶ. Διὰ τοῦτο ἐκεῖναι οὐκ εἰσηλθον, ἐπειδὴ μετὰ τῆς παρθενίας τὴν ἐλεημοσύνην οὐκ εἶχον. Πολλῆς ἀισχύνης τὸ ὄχημα ἄξιον ἠδονὴν καταπαλαίσασα, χρημάτων οὐ καταφρόνησας· ἀλλὰ παρθένος ἀποσταξαμένη τῷ βίῳ, καὶ σταυρωθεῖσα χρημάτων ἐράς. Εἶθε ἀνδρὸς ἐπιθύμησας, καὶ οὐ τοσοῦτον τὸ ἐγκλημα ἦν τῆς γὰρ ἄσεουσίας ὕλης ἐπιθύμει· νῦν δὲ μείζων ἡ κατηγορία, ὅτι ἄλλοτρίως ὕλης ἐπιθύμησας. Ἦστω, αἱ ὑπανδρῆσαι ἐκεῖναι κακῶς ἀπανθρωπίαν ἐπιδείκνυνται, διὰ τὴν τῶν τέκνων πρόβασιν· καὶ ἐὰν εἴπῃς αὐταῖς, Δὲς μοι ἐλεημοσύνην· τίνα ἐγώ, φησὶ, καὶ οὐ δύναμαι. Ὁ θεὸς σοὶ εἶδεναι τίνα, καστὴν κοιλίας ἔλαθες, ἵνα φιλόανθρωπος γένη, οὐχ ἵνα ἐπιάνθρωπος μὴ τὴν ἀνθρώπινον τῆς φιλόανθρωπίας εἰς ἀφροσύνην ἀπανθρωπίας ἐκλάμπῃαι. Θέλεις κατηγορεῖσθαι κατὴν καταλείψαι τοὺς τέκνοισ σου; κατέλειπον ἐλεημοσύνην, ἵνα πάντες ἐγκαταλείπωσί σε, καὶ πάλιν ἔλθῃς τὴν μητέρα σου καταλείψας. Σὺ δὲ μὴ τίνα εἶπῃς, ἀλλ' ἵσταναμένως εἰς τὸν θεόν, ἵνα εἰς χάριτά σου καταλείψῃς.

δ. Ἄλλ' ὁ λόγος ἡμῖν ἔμφυχός ἐστι, καὶ περὶ τῆς ὁδοῦ τῆς μετανοίας, καὶ περὶ τῆς ἐλεημοσύνης. Ἐλέγομεν ὅτι μέγα * κτήμα ἡ ἐλεημοσύνη· ἐκεῖθεν διεδέξατο ἡμᾶς τὸ πέλαγος τῆς παρθενίας. Ἐχεις οὖν πρώτην καὶ μεγάλην μετάνοιαν τὴν ἐλεημοσύνην, λυτρώσασθαι τῆς σειρᾶς ἀμαρτημάτων δυναμένην· ἀλλ' ἔχεις καὶ ἄλλην ὁδὸν μετανοίας εὐχερεστάτην πάλιν, δι' ἧς δύνασαι ἀπαλλαγῆναι τῶν ἀμαρτημάτων. Εὐχου ἐφ' ἐκάστης ὥρας, καὶ μὴ ἐκκακήσης εὐχόμενος, μήτε βραθύμως τὴν τοῦ Θεοῦ φιλάνθρωπιαν αἶτει, καὶ οὐκ ἀποστρέφεται ἔμμένοντα, ἀλλὰ συγχωρήσει σοι τὰς ἀμαρτίας σου, καὶ δώσει τὰ αἰτήματά σου. Εὐχόμενος ἐὰν εἰσακουσθῆς, μένε εὐχαριστῶν ἐν τῇ εὐχῇ· εἰ δὲ οὐκ εἰσηκούσθης, ἐπίμενε εὐχόμενος, ἵνα εἰσακουσθῆς. Καὶ μὴ λέγε ὅτι Πολλὰ τῷ ξάμην καὶ οὐκ εἰσηκούσθην· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις ὑπὲρ τοῦ συμφέροντός σοι γίνεται. Οἶδε γὰρ ὅτι βραθύμως εἰ καὶ ἀναπεπτωκῶς, καὶ ἐὰν ἐπιτύχῃς τῆς χρείας, ἀναχωρεῖς, μηκέτι εὐχόμενος· καὶ προφάσει τῆς χρείας ὑπερτίθεται σε, ἵνα πυκνότερον τῷ Θεῷ προσομιλῆς, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζῃς. Εἰ γὰρ ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὦν καὶ χρείαν ἔχων βραθυμεῖς, καὶ οὐ παραμένεις τῇ εὐχῇ, τί εἰ μηδενὸς τούτων ἔχρηξες; Ὡστε καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος, θέλων σε μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῆς εὐχῆς, τοῦτο ποιεῖ. Μένε οὖν εὐχόμενος καὶ μὴ βραθύμει· πολλὰ γὰρ δύναται ἡ εὐχὴ ἀνύσαι, ἀγαπητέ, καὶ μὴ ὡς μικρῷ πράγματι προσέλθῃς τῇ εὐχῇ. Ὅτι δὲ εὐχὴ ἀφίτην ἀμαρτίας, ἐκ τῶν θείων Εὐαγγελίων τοῦτο παιδεύθητι. Τί γὰρ φησιν; Ὁμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ, ὃς ἔκλεισε τὴν θύραν αὐτοῦ, καὶ ἀνέπεσε μετὰ τῶν τέκνων αὐτοῦ· ἦλθε δὲ τις ἑσπέρας θέλων λαβεῖν ἄρτους παρ' αὐτοῦ, καὶ κρούει λέγων· Ἄνοιξόν μοι, ὅτι χρείαν ἔχω ἄρτων. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· Οὐ δύναμαι σοι δοῦναι νῦν· ἀνεπέσομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ παιδία ἡμῶν. Ὁ δὲ ἐπέμενε κρούων τὴν θύραν. Καὶ φησι πάλιν πρὸς αὐτόν· Οὐ δύναμαι σοι δοῦναι· ἀνεπέσομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ παιδία. Ὁ δὲ καὶ ταῦτα ἀκούσας [500] ἐπέμενε κρούων, καὶ μὴ ἀναχωρῶν, ἕως οὗ εἶπεν ὁ οἰκοδεσπότης, Ἄνάστητε, δότε αὐτῷ καὶ ἄφετε ἀπελθεῖν. Διδάσκει σε οὖν εὐχεσθαι ἀεὶ, καὶ μὴ ἀκηδῆσθαι ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐὰν μὴ λάβῃς, παραμένειν ἕως ἂν λάβῃς. Καὶ πολλάς ἄλλας ὁδοὺς μετανοίας εὐρήσεις ἐν τῇ Γραφῇ. Αὕτη ἡ μετάνοια καὶ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐκηρύττετο διὰ τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· *Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει*; καὶ πάλιν, *Μετὰ ταῦτα εἶπον αὐτῇ, Μετὰ τὸ πορνεῦσαι δεῦρο ἀνάστρεψον πρὸς μέ.* Καὶ διὰ τοῦτο πολλάς καὶ ἄλλας ὁδοὺς διαφόρους ἔδωκεν ἡμῖν, ἵνα ἐκκόψῃ πᾶσαν ἡμῶν πρόφασιν βραθυμίας. Εἰ γὰρ μίαν ὁδὸν εἶχομεν μόνην, διὰ ταύτης εἰσελθεῖν οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν. Ταύτην τὴν μάχαιραν ἀεὶ φεύγει ὁ διάβολος. Ἡμαρτες; εἴτελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐξάλειψόν σου τὴν ἀμαρτίαν. Ὅσάκις ἂν πέσης εἰς τὴν ἀγορὰν, τσαυτάκις ἐγειρή· οὕτως ὁσάκις ἂν ἀμαρτήσης, μετανόησον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ· μὴ σαυτοῦ ἀπογνῶς· καὶ δεῦτερον ἀμαρτησῆς, δεῦτερον μετανόησον, μὴ διὰ βραθυμίαν τέλειον ἐκπέσης τῆς τῶν προκειμένων ἀγαθῶν ἐλπίδος· καὶ ἐν ἐσχάτῃ πολιᾷ ἧς καὶ ἀμάρτης, εἴτελθε, μετανόησον· ἱατρῆον γὰρ ἐστὶν ἐνταῦθα, οὐ^b δικαστήριον, οὐκ εὐθύναν ἀμαρτημάτων ἀπαιτοῦν, ἀλλὰ συγχώρησιν ἀμαρ-

* Savil. et Reg. unus ἄλλ' ὁ λόγος ἡμῖν ἔμφυχός ἐστι ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς μετανοίας. Περὶ ἐλεημοσύνης γὰρ ἐλέγομεν, ὅτι μέγα... Utraque lectio vitii quidpiam prae se ferre videtur.

^b Savil. xxi.

τημάτων παρέχον. Θεῷ μόνῳ εἶπε τὴν ἀμαρτίαν σου· *Σοὶ μόνῳ ἡμαρτον καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα*· καὶ συγχωρεῖται σοι ἡ ἀμαρτία. Ἐχεις δὲ καὶ ἄλλην ὁδὸν μετανοίας, οὐ δύσκολον, ἀλλὰ καὶ πάνυ εὐχερεστάτην. Ποίαν δὲ ταύτην; Κλαῦσον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ σου, καὶ διδάχθητι^c ἐκ τῶν θείων Εὐαγγελίων τοῦτο. Πέτρος ἐκεῖνος, ἡ κορυφὴ τῶν ἀποστόλων, ὁ πρῶτος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὁ φίλος Χριστοῦ, ὁ τὴν ἀποκάλυψιν παρὰ ἀνθρώπων μὴ δεξάμενος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πατρὸς, καθὼς αὐτῷ μαρτυρεῖ ὁ Δεσπότης λέγων· *Μακάριος εἶ, Σίμων Βαριωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος*· οὗτος ὁ Πέτρος· Πέτρον δὲ ὅταν εἶπω, τὴν πέτραν λέγω τὴν ἀβραάμ, τὴν κρηπίδα τὴν ἀσάλευτον, τὸν ἀπόστολον τὸν μέγαν, τὸν πρῶτον τῶν μαθητῶν, τὸν πρῶτον κληθέντα, καὶ πρῶτον ὑπακούσαντα· ἐκεῖνος οὐ μικρὸν τι πράγμα ἔδρασεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα, ὡς αὐτὸν ἀρνήσασθαι τὸν Δεσπότην· τοιοῦτο λέγω οὐ κατηγορῶν τοῦ δικαίου, ἀλλὰ σοὶ ὑπόθεσιν διδοὺς τῆς μετανοίας, αὐτὸν τὸν Δεσπότην τῆς οἰκουμένης, τὸν κηδεμόνα, τὸν Σωτῆρα τῶν ἀπάντων ἠρνήσατο. Ἴνα δὲ ἄνωθεν τὴν ὑπόθεσιν εἴπωμεν, ἐν τῇ παραδόσει εἶδεν ὁ Σωτῆρ τινας ἀναχωρήσαντας, καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· *Μὴ καὶ σὺ ἀναχωρήσαι θέλεις*; Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε, *Κἂν δέη με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μὴ σε ἀπαρνήσομαι*. Τί λέγεις, Πέτρε; Θεὸς ὁ ἀποφηνάμενος, καὶ ἀντιμάχη; Ἄλλ' ὅμως ἡ προαίρεσις τὸ ἴδιον ἔδειξε, τῆς δὲ φύσεως ἡ ἀσθένεια ἠλέγγετο. Ταῦτα δὲ πότε; Ἐν νυκτὶ, ἐν ἧ παρεδόθη ὁ Χριστός· τότε οὖν, φησὶν, εἰστήκει ὁ Πέτρος παρὰ τὴν ἀνωρακίαν θερμαινόμενος, καὶ κόρη τις προσῆλθε, καὶ λέγει αὐτῷ· *Χθὲς καὶ σὺ μετὰ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ἦς*. Ὁ δὲ· *Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον*. Εἶτα καὶ δεῦτερον καὶ τρίτον· καὶ ἐπληρώθη ἡ ἀπόφασις. [501] Εἶτα ὁ Χριστός ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ, φωνὴν διὰ τοῦ βλέμματος ἀφίει· οὐ γὰρ διὰ στόματος αὐτῷ ἐλάλησεν, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ αὐτὸν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸν ἴδιον κατασχῶν μαθητὴν, ἀλλὰ διὰ τοῦ βλέμματος τὴν φωνὴν ἀφῆκε· τουτέστι, Πέτρε, ὃ ἔλεγον, γέγονεν. Ἀμέλει γοῦν καὶ ὁ Πέτρος αἰσθανόμενος τότε ἤρξατο κλαίειν, ἀλλ' οὐχ ἀπλῶς ἐκλαυσεν, ἀλλὰ πικρῶς, δεῦτερον βάπτισμα διὰ τῶν δακρῶν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ποιήσας. Ἄλλὰ κλαύσας οὕτω πικρῶς, ἐξήλειψε τὴν ἀμαρτίαν· μετὰ ταῦτα δὲ πιστεύεται τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν. Εἰ δὲ Πέτρος κλαυθμῶς τηλικαύτην ἐξήλειψεν ἀμαρτίαν, σὺ ἐὰν κλαύσης, πῶς οὐκ ἂν ἀπαλείψῃς τὴν ἀμαρτίαν; Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν ἔγκλημα τὸ ἀρνήσασθαι τὸν ἴδιον Δεσπότην, ἀλλὰ μέγα καὶ ἰσχυρόν· ἀλλ' ὅμως τὰ δάκρυα ἐξήλειψε τὴν ἀμαρτίαν. Κλαῦσον οὖν καὶ σὺ ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ σου· ἀλλ' οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ μετὰ σχήματος, ἀλλὰ κλαῦσον πικρῶς, ὡς ὁ Πέτρος· ἐξ αὐτοῦ τοῦ βάθους προσάγαγε τὰς πηγὰς τῶν δακρῶν, ἵνα οὕτως σπλαγχνισθεῖς ὁ Δεσπότης συγχωρήσῃ σοι τὸ πλημμέλημα· φιλάνθρωπος γὰρ ἐστὶν· αὐτὸς γὰρ εἶπεν· *Οὐ θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἀμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ μετανόησαι, καὶ ζῆν αὐτόν*. Μικρὸν θέλει παρὰ σοῦ πόνον^d, καὶ αὐτὸς παρέχει τὰ μεγάλα· πρόφασιν ζητεῖ παρὰ σοῦ, ἵνα σοὶ δῶ θησαυρὸν σωτηρίας. Πρόβαλε δάκρυα, καὶ αὐτὸς σοὶ δίδωσι συγχώρησιν· πρόβαλε μετάνοιαν,

* Savil. fusius· Κλαῦσον ἐπὶ τῇ ἀμαρτίᾳ σου. Ἐκλαυσας; ἐξήλειψας τὴν ἀμαρτίαν σου. Καὶ διδάχθητι. Εἶπεν.

^d Hæc verba, μικρὸν θέλει παρὰ σοῦ πόνον, et sequentia bene multa usque ad illud, ὑπόπτερος τὴν οἰκουμένην περιελθῶν, quæ post 27 lineas sequuntur; hæc, inquam, omnia desunt in Reg.

4. *Pœnitentiæ viæ variæ, preces, lacrymæ (a).*— Sed vivus nobis sermo est et circa pœnitentiæ et circa eleemosynæ viam. Diximus eleemosynam magnam possessionem¹: inde suscepit nos virginitatis pelagus. Habes igitur pœnitentiæ principalem et magnam eleemosynam, valentem peccati catenam dissolvere: habes et viam aliam pœnitentiæ opportunam, qua poteris a peccatis te vindicare. Ora per singulas horas, neque orans deficias neque negligenter Dei clementiam implora; non repellat te perseverantem, sed peccata dimittet, et petita concedet. Orans quidem si exauditus fueris, permane gratias agens in oratione: non exauditus, mane orans ut exaudiaris. Neque dixeris, multum oravi, atque haud exauditus sum: etenim vel id saepe tuæ utilitatis fit gratia. Novit enim quod piger sis, et animo deficias; et si compos voti fueris, abeas oratione dimissa: et per occasionem necessitatis differt te, quo crebrius Deum alloquaris, orationique vaces. Nam si ea in necessitate existens, atque indigens pigritaris, neque orationi insistis: quidnam egeris, horum si nullo indigneris? Itaque id tibi facit ad utilitatem tuam, nolens te absistere ab oratione. Mane ergo et ora, dilecte, neque segnis esto: multum enim oratio potest, neque tamquam rem parvam aggrediens, orationi vaces. Quod autem oratio peccatum dimittat, vel ex divinis evangeliiis discere: quid enim inquit? Simile est regnum caelorum homini, qui suam januam clausit, et recubuit cum filiis suis: venit autem quidam vespere, accipere volens ab eo panes, et pulsat dicens: Aperi mihi, quoniam indigeo panibus. Ille ad eum: Non possum dare tibi: recubuimus enim et nos et pueri nostri. At ille perseverabat januam pulsans. Et ait rursus ad eum: Non possum tibi dare: recubuimus enim et nos et pueri nostri. Ille autem his auditis insistebat pulsans, neque recedebat, donec dixit paterfamilias: Surgite, et date ei, et sinite abire (*Luc. 11. 5. sqq.*). Docet ergo te orare semper, neque obtorpescere: et si minus acceperis, permanere, quoad acceperis. Plures alias pœnitentiæ vias in Scripturis invenies. Ipsa pœnitentiæ et ante Christi adventum per ejus prophetam Jeremiam prædicabatur dicentem: *Numquid cadens non resurgit, aut avertens se non revertitur (Jer. 8. 4)?* et iterum, *Postea dixi ei: Postquam fornicata es, accede, convertere ad me (Jer. 3. 7).* Propterea et multas vias alias pœnitentiæ dedit, quo nobis omnem desidiæ occasionem amputet: nam si unam haberemus solam, hac vadere nequiremus. Mucronem hunc diabolus semper fugit. Peccasti? ecclesiam ingredi, atque tuum dele peccatum. Quoties cecideris in foro, toties exurgis: sic quoties peccaveris, peccati pœniteat, neque desperes: tametsi secundo peccaveris, secundo pœniteat, neque animo consternatus a spe repositorum bonorum cadas. Quamvis in extrema canitie peccaveris, ingredi, pœniten-

tiam age: medicinæ locus est hic, non iudicii¹; non pœnas exigens, sed peccatorum remissionem tribuens. Deo soli dic peccatum tuum: *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci (Psal. 50. 6)*; et dimittitur tibi peccatum. Habes et aliam pœnitentiæ viam haud difficilem, sed omnino accommodatissimam. Qualem hanc? Desle super peccatum tuum², idque ex sacris discere evangeliiis. Petrus ille apostolorum princeps, in Ecclesia primus, amicus Christi, qui revelationem ab hominibus non accepit, sed a Patre, sicut ipsi testimonium Dominus reddit: *Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est (Matth. 16. 17)*: hic Petrus (Petrum cum dico, petram nomine infragilem, crepidinem immobilem, apostolum magnum, primum discipulorum, primum vocatum, et primum obedientem): ille non parvum facinus admisit, sed maximum, qui Dominum negavit: hoc dico, non justum accusans, sed tibi pœnitentiæ præbens occasionem: ipsum orbis Dominum negavit, procuratorem, Salvatorem omnium. Ut vero altius repetamus, vidit Salvator quosdam abeuntes retro (*Joan. 6. 67*), et dixit Petro: *Numquid et tu abire vis? Petrus autem dixit: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo (Matth. 26. 35)*. Quid dicis, Petre? Deus est qui denuntiat, quid ipse reluctaris? Sed tamen intentio, quod summum erat ostendit, naturæ vero infirmitas redarguitur. Hæc vero quando? Nocte qua traditus est Christus: tunc igitur, inquit, stetit Petrus ante prunas calefaciens se, puella quædam accessit, et dixit ei: *Heri et tu cum homine isto eras (Matth. 26. 69)*. Ille autem: *Non novi hominem hunc (Marc. 14. 68)*. Deinde secundo et tertio, et impleta est denuntiatio. Illic Christus respiciens in Petrum, vocem dimisit per ipsum intuitum (*Luc. 22. 61*): non enim ore loquutus est, ne ipsum coram Judæis redargueret, et proprium confunderet discipulum, sed per oculum dimittens vocem, quasi diceret, Petre, quod dixi, factum est. Igitur Petrus tunc sentiens cœpit flere: et non flevit modo, sed amare, secundum baptismum per lacrymas ex oculis efficiens: cumque flevisset amare, delevit peccatum: post hæc enim claves illi caelorum creduntur. Quod si Petri fletus tantum delevit peccatum, qui fieri poterit, ut si fleveris, peccatum non deleas? Non enim parvus fuit reatus, proprium Dominum negasse, sed magnus et gravis; eum tamen lacrymæ delevere. Desle igitur et ipse super peccatum, neque quoquo modo desle aut specie tantum, sed desle amare, quemadmodum et Petrus: ex ipso profundo deduc fontes lacrymarum, quo Dominus misericordia motus, tibi peccatum dimittat: clemens etenim est: ipse enim dixit: *Nolo mortem peccatoris, sicut converti ipsum, et pœnitentiæ agere, et vivere (Ezech. 18. 25)*. Exiguam expetit a te laborem, et magna ipse largitur: occasionem a te querit, ut tibi salutis thesaurum tribuat. Profer lacrymas, et ipse indulgentiam impertitur:

¹ Sav. et Reg. unus: *Sed vivus nobis adhuc sermo est de via pœnitentiæ. De eleemosyna enim diximus, quod magna possessio est.*

(a) Vide sub finem præcedentis homiliæ.

¹ In Savillio: *et iudiciæ, pro, non iudiciæ.*

² In Savil., *Desle super peccatum tuum. Deflevisti? iniquitatem tuam deleverit: idque, etc.*

profer pœnitentiã, et ipse remissionem tribuit peccatorum : occasionem tu exiguam confer, ut speciosam habeas excusationem : quædam enim ab illo sunt, quædam a nobis : quæ a nobis sunt si contulerimus, et ipse rursus quæ sunt ab ipso præbebit. Jam igitur quæ ab illo sunt, ipse præbuit : solem nimirum, lunam, varium stellarum chorum fundavit, aerem diffudit, terram expandit, mare obvallavit, montes dedit, saltus, colles, fontes, lacus, fluvios, innumera plantarum genera, viridaria, cætera omnia : tu rursus aliquid exiguum confer, ut ita cælestia tibi largiatur. Ne igitur nos ipsos negligamus, neque a salute nostra procuranda desistamus, cum tantum nobis pelagus benignitatis omnium Domini pateat, qui super peccatis nostris pœnitentiã ducitur. Propositum est regnum cælorum et paradus, eaque bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus iis, qui ipsum diligunt (1. Cor. 2. 9) ; et non debemus omnem operam adhibere, ut aliquid conferamus, ne ab his excidamus ? An ignoras quid dicat Paulus ? qui multos labores exantlavit, et innumeros de diabolo triumphos reportavit, qui in

De jejunio lætatur Deus. Pœnitentia fervens, licet brevis, multa peccata deiet. — Vidisti quomodo irascitur Deus jejunio spreto? disce et quomodo lætatur jejunio honorato. Quemadmodum enim jejunio spreto, spernenti supplicium inflixit mortem : sic iterum eodem honorato, de morte revocat. Nam et volens tibi ostendere rei virtutem, potestatem ipsi dedit post sententiam, post abductionem, abductos ad mortem media de via rapere, atque reducere ad vitam; idque non in duobus tribusve, aut viginti hominibus, sed in universo Ninivitarum populo; et urbem magnam admirabilemque ac genibus flexis jacentem, ad ipsum barathrum jam inclinantem caput, venientem desuper plagam accepturam, veluti quædam virtus desuper advolans ex porta mortis eripuit, atque ad vitam reduxit. Sed si videtur, et ipsam audiamus historiam. *Factum est, inquit, verbum Domini ad Jonam, dicens : Surge et vade in Niniven civitatem grandem (Jon. 1. 1. 2)*. Statim ex ipsa urbis magnitudine vult illum flectere, futuram prævidens prophetæ fugam. Sed prædicationem audiamus : *Adhuc tres dies¹, et Ninive subvertetur (Jon. 3. 4)*. Et cujus rei gratia, quæ facturus es mala prædicis? Ut non faciam quæ prædico. Propterea et gehennam minatus est, quo ad gehennam non abducat. Terreant, inquit, vos verba, ne res conturbent. Cujus autem rei gratia præfinitum spatium ad tam breve tempus redegit? Quo et barbarorum discas virtutem, dico autem Ninivitarum, qui tribus diebus tantam peccatorum iram solvere potuerunt : atque Dei clementiam admireris, trium dierum pœnitentia contenti tot pro peccatis : tuque desperatione non corruas, etsi millies peccaveris. Quemadmodum enim anima pigritans atque negligens, quamquam multum ad pœnitentiam temporis accipiat, nihil operatur magnum, neque sibi ipsi Deum conciliat ob desidiam : sic qui proposito fervet, atque multa cum diligentia pœnitentiam ostendit, brevi temporis momento longævi temporis peccata delere poterit. Nonne tertio Petrus negavit? nonne tertio cum juramento? nonne vilis cujusdam ancillæ verba timens (*Matth. 26. 69. 70*)? Quid ergo? oportuitne illum ad pœnitentiam multos annos terere? Nequaquam, sed eadem nocte lapsus est et erectus, vulnusque et medicinam accepit : ægrotavit, atque ad priorem rediit sanitatem. Qualiter et quomodo? Flens et lugens, imo non modo flens, sed multo cum studio et affectu : propterea evangelista non dixit quoniam solum flevit; sed, *Flevit amare (Ibid. v. 75)*. Et qualis, inquit, quantaque fuerit lacrymarum vis, sermo nullus poterit explicare : ipse autem rerum exitus manifeste ostendit. Etenim gravem post illum casum; nam nullum negationi par malum : sed tamen post tantum malum, iterum eum ad priorem honorem revexit, Ecclesiæ præfecturam ipsi per universum mundum tradidit : quodque omnium est sublimius, ostendit nobis

¹ Sic legitur a primis Ecclesiæ sæculis in LXX interpretibus. Vulgata, ut in Hebræo, *Adhuc quadraginta dies, etc.* Origenes in Num. dicit secundum Hebræos scribi, *adhuc quadraginta tres dies*; sed labitur.

τίθεται βραθυμίαν, καὶ ἐν πλείονι καθίσταται τῇ σπουδῇ.

Ἄλλὰ μὴ πτήξετε φοβερόν ἄρχοντα τὴν νηστείαν ἀκούσαντες· οὐ γὰρ ἡμῖν ἐστὶ φοβερά, ἀλλὰ τῇ τῶν δαιμόνων φύσει. Ἐὰν σεληνιαζόμενος ἢ τις, δεῖξον αὐτῷ νηστείας πρόσωπον, καὶ τῶν λίθων αὐτῶν ἀκίνητοτερος μένει τῷ φόβῳ πηγνύμενος, καὶ καθάπερ δεσμῷ τινι καταγόμενος, καὶ μάλιστα ὅταν ἴδῃ τῇ νηστείᾳ συμβεβλημένην τὴν ἀδελφὴν τῆς νηστείας καὶ ὁμόζυγον, τὴν εὐχὴν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς φησὶ· *Τὸ γένος τοῦτο οὐκ ἐξέρχεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.* Ὅταν οὖν τοὺς πολεμίους τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας οὕτως ἐλαύνη, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τῆς ζωῆς ἡμῶν οὕτως ἢ φοβερά, φιλεῖν αὐτὴν καὶ ἀσπάζεσθαι, οὐχὶ δεδοικέναι χρὴ· εἰ γὰρ φοβείσθαι· δεῖ μέθην καὶ ἀδηφαγίαν, οὐχὶ νηστείαν φοβείσθαι χρὴ. Ἐκείνη μὲν γὰρ ὀπίσω τὰς χεῖρας ἡμῶν δῆσασα, τῇ τυραννίδι τῶν παθῶν, καθάπερ τινὶ δεσποίνῃ χαλεπῇ, δούλους καὶ αἰχμαλώτους ἐκδίδωσιν· ἡ δὲ νηστεία [310] δουλεύοντας ἡμᾶς καὶ δεδεμένους εὐροῦσα, ἀνίησι τῶν δεσμῶν, ἀπαλλάττει τῆς τυραννίδος, καὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἐπανάγει τὴν προτέραν. Ὅταν οὖν καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν πολεμῇ, καὶ δουλείας ἀπαλλάττει, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἐπανάγη, ποίαν ἑτέραν μείζονα ζητεῖς ἀπόδειξιν τῆς φιλίας αὐτοῦ, τῆς πρὸς τὸ γένος τὸ ἡμέτερον; Μαγίστη γὰρ φιλίας ἀπόδειξις εἶναι δοκεῖ τὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν φιλεῖν καὶ μισεῖν.

Θοῦλει μαθεῖν, ὅσος κόσμος ἀνθρώποις ἡ νηστεία, ὅση φυλακὴ καὶ ἀσφάλεια; ἐννόησόν μοι τὸ μακάριον καὶ θαυμαστὴν τῶν μοναζόντων γένος. Οὗτοι γὰρ τοὺς ἐν μέσῳ θαυμάσιους φυγόντες, καὶ πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἀναδραμόντες, καὶ τὰς καλύβας ἐν τῇ τῆς ἐρημίας ἡσυχίᾳ, καθάπερ ἐν εὐδαιμονίᾳ τινι λιμένι πηξάμενοι, ταύτην συνέμπορον καὶ συγκοινωνὸν τοῦ βίου παντὸς ἔλαβον. Τοιγαροῦν καὶ ἀγγέλους αὐτοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἐποίησεν, οὐκ ἐκείνους δὲ μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ὅσους ἂν εὐρῆ προσιεμένους αὐτῇ, πρὸς αὐτὸ τῆς φιλοσοφίας ἀνάγει τὸ ὕψος. Καὶ γὰρ Μωϋσῆς καὶ Ἰλίας, οἱ πύργοι τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ προφητῶν, καίτοι καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ὄντες λαμπροὶ καὶ μεγάλοι, καὶ πολλὴν ἔχοντες παρρησίαν, ὅτε ἐβούλοντο προσελθεῖν τῷ Θεῷ καὶ διαλεχθῆναι, ὡς ἀνθρώπων δυνατὸν ἦν, πρὸς ταύτην κατέφυγον, καὶ διὰ τῶν ταύτης αὐτῷ προσεφέροντο χειρῶν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς τὸν ἀνθρώπον ποιῶν ἐξ ἀρχῆς, εὐθέως αὐτὸν ταῖς τῆς νηστείας φέρων παρακατέθετο χερσίν, ὡς περ φιλοστόργῳ μητρὶ καὶ ἀρίστη διδασκάλῳ τὴν ἐκείνου σωτηρίαν ἐγχειρίζων αὐτῇ. Τὸ γὰρ, *Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου ἄβρῶσει φαγῆ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε*· νηστείας εἰδὸς ἐστίν. Εἰ δὲ ἐν παραδείσῳ ἀναγκαία ἡ νηστεία, πολλῶ μᾶλλον ἐκτὸς τοῦ παραδείσου· εἰ πρὸ τῆς πληγῆς χρήσιμον τὸ φάρμακον, πολλῶ μᾶλλον μετὰ τὴν πληγὴν· εἰ μηδέπω τοῦ πολέμου τῶν ἐπιθυμιῶν ἀναστάντος ἐπιτήδειον ἡμῖν τὸ ὄπλον ἦν, πολλῶ μᾶλλον μετὰ τὴν τῶν τῶν μάχην τὴν ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, τὴν ἀπὸ τῶν δαιμόνων, ἀναγκαία ἢ παρὰ τῆς νηστείας συμμαχία. Εἰ ταύτης ἤκουσε τῆς φωνῆς ὁ Ἀδάμ, οὐκ ἂν ἤκουσε τῆς δευτέρας τῆς λεγούσης· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσει*· ἀλλ' ἐπειδὴ ταύτης παρήκουσε, διὰ τοῦτο θάνατος καὶ φροντίδες καὶ πόνοι καὶ ἀθυμίαι καὶ ζωὴ θανάτου παντὸς βαρυτέρα· διὰ

τοῦτο ἀκανθῆ καὶ τρίβολοι, διὰ τοῦτο πόνοι καὶ ὠδῖνες καὶ βίος ἐπίμοχθος.

Εἶδες πῶς ὁ Θεὸς ἀγανακτεῖ νηστείας ὑβριζομένης; μάθε καὶ πῶς εὐφραίνεται νηστείας τιμωμένης. Ὅσπερ γὰρ ὑβρισθείσης αὐτῆς θάνατον ἐπέθηκε τῷ ὑβρίσαντι τὸ ἐπιτίμιον, οὕτω πάλιν τιμηθείσης αὐτῆς θάνατον ἀνεκαλέσατο. Καὶ γὰρ βουλόμενός τοι δεῖξαι τοῦ πράγματος τὴν δύναμιν, ἔδωκεν ἐξουσίαν αὐτῇ μετὰ ἀπόφασιν, μετὰ ἀπαγωγὴν, τοὺς ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θάνατον ἐκ μέσης ἀναρπάσαι τῆς ὁδοῦ, καὶ πρὸς ζωὴν μεταγαγεῖν· καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ δύο, ἢ καὶ τριῶν καὶ εἴκοσιν ἀνθρώπων ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ δῆμον ὀλόκληρον, τὴν τῶν Νινευιτῶν πόλιν μεγάλην καὶ θαυμαστὴν ἐπὶ γόνυ κειμένην, παρ' αὐτὸ τὸ βάραθρον τὴν κεφαλὴν κλίναςαν, καὶ μέλλουσαν τὴν ἄνωθεν φερομένην δέχεσθαι πληγὴν, καθάπερ τις ἄνωθεν ἐπιπτώσα δύναμις, καὶ ἐξ αὐτῶν ἤρπασε τῶν τοῦ θανάτου [311] πολλῶν, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἐπανήγαγεν. Ἄλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ τῆς ἱστορίας αὐτῆς ἐπακούσωμεν. Καὶ ἐγένετο, φησὶ, *λόγος Κυρίου, πρὸς Ἰωνᾶν λέγων· Ἀνάστηθι καὶ πορεύθητι εἰς Νινευί τὴν πόλιν τὴν μεγάλην. Εὐθέως αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μεγέθους τῆς πόλεως δυσωπῆσαι βούλεται, τὴν μέλλουσαν προσιδῶς τοῦ προφήτου φυγῆν. Ἄλλ' ἀκούσωμεν καὶ τοῦ κτηρύγματος·*

Ἐτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευί κατιστραφήσεται. Καὶ τίνας ἐνεκεν ἢ μέλλεις δεινὰ ποιεῖν προλέγεις; Ἴνα μὴ ποιήσω ἢ προλέγω. Διὰ τοῦτο καὶ γέενναν ἠπειλήσεν, ἵνα μὴ ἀπαγάγῃ εἰς γέενναν· Φοβείτω, φησὶν, ὑμᾶς τὰ ῥήματα, καὶ μὴ λυπεῖτω τὰ πράγματα. Τίνας δὲ ἐνεκεν καὶ τὴν προθεσμίαν εἰς οὕτω στενὸν συνάγει χρόνον; Ἴνα καὶ τὴν τῶν βαρβάρων μάθησιν ἀρετὴν, βαρβάρων λέγω τῶν Νινευιτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις δυνηθέντων τῶν τῶν ἀμαρτημάτων ὀργὴν καταλύσαι, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλοφροσύνην θαυμάσιον μετανοίᾳ τριῶν ἡμερῶν ἀρκεσθέντος ὑπὲρ τῶν πλημμελημάτων, καὶ αὐτὸς μὴ καταπέσης εἰς ἀπέγνωσιν, κἂν μυρία ἡμαρτηκῶς ἦς. Ὅσπερ γὰρ ὁ νωθρὸς τὴν ψυχὴν καὶ ὀλίγωρος, κἂν πολὺν λάβῃ πρὸς μετάνοιαν χρόνον, οὐδὲν μέγα ἐργάζεται, οὐδὲ καταλλάξει τὸν Θεὸν ἑαυτῷ διὰ βραθυμίαν· οὕτως ὁ διεγυγερμένος καὶ τῇ προθυμίᾳ ζέων, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς τὴν μετάνοιαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ πολλοῦ χρόνου παραπτώματα ἀφανίσαι δυνησεται. Οὐχὶ τρίτον ὁ Πέτρος ἠρνήσατο; οὐχὶ μεθ' ὄρκου τὸ τρίτον; οὐχὶ θεραπεινιδίου τινὸς εὐτελοῦς ῥήματα δέσας; Τί οὖν; ἐνιαυτῶν πολλῶν ἐδέθησεν αὐτῷ πρὸς μετάνοιαν; Οὐδαμῶς· ἀλλ' αὐτῇ τῇ νυκτὶ καὶ ὠλισθήσθη καὶ ἀνέστη, καὶ τὴν πληγὴν καὶ τὸ φάρμακον ἐδέξατο, καὶ ἠβρώσθησθη, καὶ πρὸς τὴν ὑγίειαν ἐπανήλθε. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Κλαύσας καὶ ἀποδυράμενος· μᾶλλον δὲ οὐ κλαύσας ἀπλῶς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ διαθέσεως· καὶ διὰ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐκλαυσε ἀπλῶς, ἀλλ', *Ἐκλαυσε πικρῶς.* Καὶ ποταπὴ τῶν δακρύων ἐκείνων ἡ δύναμις, φησὶ, λόγος μὲν οὐδεὶς παραστήσῃ δυνησεται· ἡ δὲ τῶν πραγμάτων ἐκθασίς δείκνυσι σαφῶς. Μετὰ γὰρ τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο πτώμα· ἀρνήσεως γὰρ οὐδὲν ἴσον κακόν· ἀλλ' ὁμοῦ μετὰ τοσοῦτον κακὸν πάλιν αὐτὸν πρὸς τὴν προτέραν ἐπανήγαγε τιμὴν, καὶ τὴν ἐπιστάσιαν τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίας ἐνεχείρισε· καὶ ὁ πάντων μείζων ἐστίν, ἀπέδειξεν ἡμῖν αὐτὸν πλείω τῶν ἀποστόλων ἀπάντων ἔχοντα τὴν εἰς τὸν Δεσπότην ἀγάπην. Πέτρε γάρ,

^a Unus Regius et Savil. τοῦ ἐν τῇ παραδείσῳ.

eum erga Dominum majorem quam omnes apostolos caritatem habuisse. *Petre, inquit, diligis me plus his (Joan. 21. 15)?* Huic autem ad virtutis rationem nihil sane par fuerit. Quo vero minime dicas merito Deum Ninivitis ignovisse, barbaris hominibus et insipientibus: *Servus enim, inquit, nesciens voluntatem domini, et non faciens, vapulabit paucis (Luc. 12. 48):* ut ergo hoc non dicas, Petrum tibi in medium propterea duxit¹, servum voluntatem Domini maxime scientem. Sed tamen hic idem peccans maximo peccato, respice quantum ad fiducia culmen rediit.

Ob peccata numquam desperandum. — Igitur et ipse peccatis admissis ne animum despondeas. Quod enim in peccato gravius, est in peccato stare: et quod pejus in casu, est jacere in eo. Hoc et Paulus deflet et ingemiscit, hoc fletu dignum esse dicit: *Ne forte, inquit, cum venero ad vos, humiliet me Deus, et lugeam multos ex iis qui non solum peccaverunt, sed ex iis qui poenitentiam non egerunt super impudicitia et immunditia et fornicatione, quam fecerunt (2 Cor. 12. 21).* Ad poenitentiam vero quale congruentius tempus posset accedere jejunii tempore?

3. Sed ad historiam revertamur. *Audiens autem propheta verba hæc, descendit in Joppen, ut fugeret in Tharsis a facie Domini (Jon. 1. 3).* Quonam fugis, homo? numquid audivisti prophetam dicentem: *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam (Psal. 138. 7)?* In terram? Sed *Domini est terra et plenitudo ejus (Psal. 25. 1).* Ad infernum? *Si descendero, inquit, in infernum, ades.* In cælumne? *Si ascendero in cælum, tu illic es (Psal. 138. 8).* An in mare? *Et illic, inquit, tenebit me dextera tua (Ib. v. 10).* Quod et huic evenit. Sed tale est peccatum, ut ad ignorantiam multam redigat animam. Nam sicut qui gravitate capitis ebrietateque tenentur, stulte ac temere feruntur, quamvis præcipitium, quamvis barathrum, et aliud quid simile subsit, concidunt incaute: sic qui corruunt in peccatum, veluti ebrietate actionis desiderio detenti, nesciunt quid faciunt, non præsentia, non futura prævidentes.

Similitudo pulcherrima. — Dominum, dic mihi, fugis? Parumper igitur mane, atque per rerum disces eventum, te neque maris, servi ejus, posse manus effugere. Vix enim navim iste conscenderat, cum illic fluctus extulit, in altumque levavit, et veluti fidelis ancilla conservum inveniens fugientem, qui ex domini bonis quidpiam surripuerit, nusquam ab eo recedit, milleque impedimenta ingerit recipientibus illum, quoad ipsum vindicans reducat: sic et mare conservum inveniens et agnoscens, mille impedimenta nautis excitat, turbans, clamans, non in iudicium trahens, sed comminans navem demergere cum nautis, nisi conservum suum sibi reddiderint. Quid ergo nautæ, his contingentibus? *Jactum, inquit, vasorum fecerunt, navis vero nequaquam alleviabitur (Jon. 1. 5):* totum enim adhuc onus manebat, prophetæ

corpus scilicet, onus grave, non ex natura corporis, sed ob pondus peccati; nihil enim tam onerosum et grave, quam peccatum et inobedientia. Propterea et Zacharias id plumbi figuravit similitudine (*Zach. 5. 7*): David vero describit ejus naturam, dicens: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me (Psal. 37. 5).* Christus autem iis qui in peccatis multis vixerant, clamabat: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Matth. 11. 28).* Ipsum ergo peccatum scapham tunc gravabat, et demersurum erat: Jonas vero dormiebat et stertebat. Gravis ille non voluptatis erat somnus, sed mœroris, non pigritiæ, sed afflictionis. Nam qui ex domesticis bene affecti sunt, cito peccata sentiunt: quod et illi accidit. Post commissum enim peccatum, peccati novit gravitatem: nam ejusmodi est. Cum enim factum fuerit, tunc dolores parturienti animæ excitat contra leges nostræ nativitatibus. Nos enim cum primum nati sumus, parturienti dolores solvimus: illud autem simul editum distrahit doloribus parientes ipsum cogitationes. Quid porro gubernator? Accessit, et ait: *Surge, et invoca Dominum Deum tuum (Jon. 1. 6).* Novi demum ipsa experientia insuetam illam esse procellam, atque adeo illatam plagam majores humana industria fluctus, ubi gubernatoris manus non prodessent: alterius enim majoris gubernatoris rei illius casus, hunc universum scilicet gubernantis mundum, ope atque superno indigebat auxilio. Propterea et illi remos et vela et funes atque universa dimittentes, manus a remigatione traductas in cælum tendebant, Deumque orabant. Ubi vero neque sic profecerunt, Miserunt, inquit, sortes; sors demum prodidit noxium. Hi vero neque sic arripientes cum demerserunt, sed tanto tumultu, tanta tempestate incumbente, veluti multa in quiete, sic iudicium in navi statuentes, ut pro se loqueretur, seque defenderet, ei permiserunt, atque cuncta subtili cum indagine exquirebant, veluti rationes eorum, quæ decreverint, alicui reddituri. Audi igitur eos sicut in iudicio cuncta perquirentes. Quod opus est tuum? unde venis? quo vadis? qua de regione? quo de populo es tu? Et quidem accusabat mare, acclamans contra: sors damnabat et testimonium contra ferebat; sed tamen neque mari contra exclamante, neque sorte ex adverso testimonium reddente, sententiam adhuc dabant, sed veluti in iudicio et accusatoribus presentibus, et testibus instantibus, iudiciis atque argumentis veridicis, non prius iudices sententiam ferunt, quam damnandus ipse propriæ sit accusator culpæ: sic et hi nautæ, homines barbari et insensati, eum, qui in iudiciis est, ordinem imitantur: et id quidem tanto metu, tot fluctibus, tanta ipsos circumstante procella, et mari neque vel respirare permittente: tantum furebat sonabatque continuosque fluctus excitabat. Unde igitur tanta fuit providentia erga prophetam? A Dei dispensatione. Etenim hoc fieri Deus permittebat, prophetam vel ex his admonens, ut mansuetus esset ac mitis, quasi ad eum clamans, et dicens: *Intare*

¹ Duxi, juxta Savil.

nautas, homines insensatos : siquidem hi neque unam spernunt animam, neque uni tuo non parcunt corpori; tu vero universam urbem tot millia hominum habentem, quantum in te fuit, exposuisti : et hi quidem, comperta malorum suorum causa, non impetu ad damnationem irruunt; tu vero, in nullo valens Ninivitas accusare, demersisti eos atque perdidisti. Tu, me præcipiente eos ad salutem tua prædicatione revocare, non parvisti; hi autem nemine audito nihil non agunt et moliantur, quo te noxium a supplicio revocent. Etenim post ipsam maris accusationem, post indicium sortis, cum incusaret sese fugamque fateretur, neque sic irruerunt ad prophetæ necem, sed nitebantur atque omnia faciebant, quo cum neque post ejus manifestissimam culpam violentiæ maris exponerent. Sed non permittebat mare, vel potius Deus, sicuti per nautas eum, ita et per cetum ad sanum consilium reducere volens. Nam postquam auditum est, *Tollite me, et mittite me in mare, et cessabit mare a vobis (Jon. 1. 12)*, viribus conabantur in aridam evadere, sed nequaquam permittebant fluctus.

4. Tu autem, quemadmodum fugientem vidisti prophetam, audi eum et confitentem ex inferioribus de ceti ventre. Illud quidem veluti homo passus est, hoc vero quasi propheta ostendit. Accipiens igitur eum mare, veluti in quodam carcere in ceti ventre deposuit, salvum Domino fugitivum servans : neque acres undæ suscipientes suffocaverunt, neque cetus undis ipsis acrior in ventre oppressit, sed servavit, ad urbemque reduxit; et mare et cetus contra naturam obtemperarunt, quo per omnia propheta instrueretur. Veniens igitur in civitatem, sententiam legit, veluti regalem epistolam, pœnas a rege indictas ferentem, et clamabat dicens : *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur (Jon. 3. 4)*.

Pœnitentiæ ac jejunii vis magna; abstinentia, mater sanitatis. — Audierunt illi hæc, neque non crediderunt, neque neglexerunt, sed illico cursus omnium unus ad jejunium, virorum mulierumque, servorum, herorum, principum, subditorum, juvenum, senum, puerorum; neque irrationabilium natura immunis ab eo erat officio : ubique saccus, ubique cinis, ubique fletus et ejulatus. Nam et ipse diademate caput ornatus, a regali descendens throno, saccum sibi substravit, cinerem sparsit, atque sic urbem periculis eripuit : et rem quidem novam videre erat, purpuram sacco cedentem. Quod enim purpura nequivit, id saccus potuit : quod consummare diadema non valuit, hoc cinis perfecit. Vides quomodo haud in vacuum dixi, non jejunium, sed ebrietatem crapulamque timeri oportuisse? Nam ebrietas et crapula urbem stantem concussit, ad casumque nutare compulit : jejunium nutantem ipsam casuramque firmavit. Cum hoc et Daniel leonum ingressus lacum, quasi cum ovibus mansuetis versatus exivit. Nam æstuantem ira, torvum mortiferumque respicientes, appositam non tangebant mensam, sed ipsa excitante

natura (nihil enim ferocius illis bestiis), et fame (nam et septem diebus non acceperant cibum) veluti carnifice quodam intrinsecus urgente, atque non prophetæ viscera discerperent clamante¹, cibum reveriti sunt. Cum hoc tres pueri in Babylonicum carcerem ingressi, atque in igne multo etiam tempore versati, igne ipso fulgidiora corpora habentes, egressi sunt : quamquam si vere ignis erat ignis ille, quomodo quæ ignis sunt partes non implebat? si corpora erant illa, quomodo iis, quæ corporibus contingere consueverunt, non contingebant? Quomodo? jejunium interroga, et respondebit, tibi que ænigma solvet : vere namque fuit ænigma. Etenim corporum natura cum natura ignis certabat, corporumque victoria evenit. Vidisti pugnam admiratione dignam? vidisti magis admirabilem victoriam? Igitur jejunium mirare, pronisque manibus suscipe : quando enim et in camino fert opem, atque in leonum custodit lacu, demonesque fugat, et Dei revocat sententiam, vitiorumque furorem suppressit, et ad ipsam nos reducit libertatem, plurimamque in nostris cogitationibus quietem insinuat; quomodo non extremæ fuerit insanitiæ illud, tot tantaque in manibus habens bona, fugere et timere? Macerat, inquis, corpus nostrum infirmumque reddit². Sed quantum exterior homo corrumpitur, tantum interior homo renovatur de die in diem (2. Cor. 4. 16) : imo si rem diligentius volueris intueri, et sanitatis bonæque habitudinis matrem esse ipsum invenies. Atque si meis sermonibus derogas fidem, de his medicos percontare, ipsique eadem tibi manifestius explicabunt, qui abstinentiam matrem sanitatis appellant : pedum verò dolores, et gravedinem capitis, apoplexiam, vomitum, hydropisim, inflammationes ac tumores, milleque morborum aliorum torrentes, a delicatis cibis crapulaque provenire dicunt, quasi a pessimo quodam fonte pravos rivulos, bonam corporis habitudinem, et animæ sanam mentem ledentes.

5. Ne igitur jejunium timeamus, tot a nobis excludens mala. Neque enim ego vos sine causa id moneo, sed quoniam quidem plurimos video homines pigritantes et detrectantes non secus ac si horridæ cuidam mulieri dandi in manus forent, ebrietate hodie crapulaque seipsos corrumpentes, ideo moneo ne quis futuram a jejunio utilitatem gula ingluvieque perimat. Nam qui stomachi vitio cibos fastidiunt, cum asperas sunt medicinas accepturi, si nimia sese esca repleant, atque sic medicinam accipiant, acerbiter quidem illam pertulerunt, utilitate vero exciderunt, remedio difficiliorem adversus pravos humores pugnam parantes. Quamobrem medici eos incœnatos dormire jubent, quo virtus totius medicinæ statim morbo occurrat humoribus. Sic et jejunio contingit : si te ipsum hodie multa obrueris ebrietate, crastina vero eam acceperis medicinam, hanc tibi profecto vanam

¹ sic Savil. et unus Reg. Morel. vero, *utque prophetæ viscera discerperent clamante.*

² Sav. et unus Reg., *urget infirmitatem corporis nostri.*

εἴπερ οὗτοι μὲν οὐδὲ μιᾶς καταφρονοῦσι ψυχῆς, οὐδὲ ἐνὸς ἀφειδοῦσι σώματος τοῦ σου· σὺ δὲ ὀλόκληρον πόλιν τοσαύτας ἔχουσαν μυριάδας ἐξέδωκας τὸ γε σὸν μέρος· καὶ αὐτοὶ μὲν τὸν αἴτιον τῶν γεγεννημένων αὐτοῖς κακῶν εὐρόντες, οὐδὲ οὕτως ὀρμῶσιν ἐπὶ τὴν καταδικάζουσαν ψῆφον· σὺ δὲ οὐδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν τοῖς Νινευίταις κατέδυσας αὐτοὺς καὶ ἀπώλεσας. Καὶ σὺ μὲν, ἐμοῦ κελεύσαντος ἀπιέναι, καὶ πρὸς σωτηρίαν αὐτοὺς ἀνακαλεῖσθαι διὰ τοῦ κηρύγματος, οὐχ ὑπήκουσας· οὗτοι δὲ οὐδενὸς [314] ἀκούσαντες, πάντα ποιοῦσι, καὶ πραγματεύονται, ὥστε σε τὸν ὑπεύθυνον γενόμενον τιμωρίας ἀ ἀνακαλέσασθαι. Καὶ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης κατηγορίαν, μετὰ τὴν ἀπόδειξιν τὴν διὰ τοῦ κλήρου, ὅτε αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγόρησε, καὶ τὴν φυγὴν ὡμολόγησε, οὐδὲ οὕτως ὄρμησαν ἐπὶ τὴν ἀπίθειαν τοῦ προφήτου, ἀλλὰ ἠνεῖχον καὶ ἐβιάζοντο καὶ πάντα ἐποίουν, ὥστε αὐτὸν μηδὲ μετὰ τοσαύτην ἀπόδειξιν ἐκδοῦναι τῇ τῆς θαλάττης ὀρμῇ. Ἄλλ' οὐκ ἐπέτρεπεν οὐδὲ οὕτως ἡ θάλαττα· μᾶλλον δὲ ὁ Θεὸς οὐκ ἤφειε, ὥσπερ διὰ τῶν νκυτῶν, οὕτω καὶ διὰ τοῦ κήτους αὐτὸν σωφρονίσει βουλόμενος. Καὶ γὰρ μετὰ τὸ ἀκοῦσαι, Ἄρατέ με καὶ ἐμβάλετε εἰς τὴν θάλατταν, καὶ κοπάσει ἡ θάλαττα ἀφ' ὑμῶν, παρεβιάζοντο εἰς τὴν γῆν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τὰ κύματα οὐκ ἐπέτρεπε.

δ'. Σὺ δὲ, ὥσπερ εἶδες τὸν προφήτην φεύγοντα, ἄκουσον αὐτοῦ καὶ ἐξομολογουμένου κάτωθεν ἀπὸ τῆς γαστρὸς τοῦ θηρίου· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἔπαθεν ὡς ἄνθρωπος, τοῦτο δὲ ὡς προφήτης ἐπεδείξατο. Λαβοῦσα τοίνυν αὐτὸν ἡ θάλαττα, καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ τινὶ τῇ γαστρὶ τοῦ κήτους ἐναπέθετο, σῶον τῷ Δεσπότη φylaττουσα τὸν φυγάδα· καὶ οὔτε κύματα ἄγρια λαβόντα ἀπέπνιξαν, οὔτε κήτος κυμάτων ἀγριώτερον ὑποδεξάμενον αὐτὸν ἐν κοιλίᾳ διέφθειρεν, ἀλλὰ διέσωσε καὶ πρὸς τὴν πόλιν ἐπανήγαγε· καὶ θάλαττα καὶ κήτος παρὰ φύσιν ὑπήκουσαν, ἵνα διὰ πάντων ὁ προφήτης παιδεύηται. Ἐλθὼν τοίνυν εἰς τὴν πόλιν ἀνέγνω τὴν ἀπόφασιν, καθάπερ ἐπιστολὴν βασιλικὴν κόλασιν ἔχουσαν, καὶ ἐθόα λέγων· Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινεὺ καταστραφήσεται.

Ἦκουσαν ταῦτ' ἐκεῖνοι, οὐ διηπίστησαν, οὐ κατεφρόνησαν, ἀλλ' εὐθέως δρόμος ἀπάντων εἰς ἐπὶ τὴν νηστείαν, ἀνδρῶν, γυναικῶν, δούλων, δεσποτῶν, ἀρχόντων, ἀρχομένων, παιδίων, πρεσβυτέρων· οὐδ' ἡ τῶν ἀλόγων φύσις ταύτης ἀτελής ἦν τῆς λειτουργίας· πανταχοῦ σάκκος, πανταχοῦ σποδός, πανταχοῦ θρῆνος καὶ οἰμωγὴ ^β. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα περιχειόμενος, ἀπὸ τοῦ θρόνου καταβάς τοῦ βασιλικοῦ, σάκκον ὑπεστρώσατο, σποδὸν κατεπάσατο, καὶ οὕτω τὴν πόλιν ἐξήρπασε τῶν κινδύνων· καὶ ἦν ἰδεῖν πρᾶγμα παράδοξόν ὑπὸ σάκκου πορφυρίδα παρευδοκιμηθεῖσαν. Ὅπερ γὰρ οὐκ ἴσχυσεν ἀλουργίς, τοῦτο ἴσχυσεν ὁ σάκκος· ὅπερ οὐκ ἤνυσε τὸ διάδημα, τοῦτο κατέρωσεν ἡ σποδός. Ὅρξας ὡς οὐ μάτην εἶπον ὅτι οὐ νηστείαν, ἀλλὰ μέθη καὶ ἀδηφαγίαν δεδοικέναι χρή; Ἡ μὲν γὰρ μέθη καὶ ἀδηφαγία τὴν πόλιν ἐστῶσαν διέσεισε, καὶ καταβαλεῖν ἐμελλεν· ἡ δὲ νηστεία σάλυσομένην αὐτὴν καὶ μέλλουσαν καταπίπτειν ἔστησε. Μετὰ ταύτης καὶ ὁ Δανιὴλ εἰς λάκκον λεόντων εἰσελθὼν, καθάπερ προβάτοις ἡμέροις συγγεγόμενος, οὕτως ἐξῆει. Καὶ γὰρ καὶ τῷ θυμῷ ζέοντος, καὶ φόνιον βλέποντες, τῆς τραπέζης

περικειμένης οὐχ ἤπτοντο, ἀλλὰ καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς διεγειρούσης (οὐδὲν γὰρ ἀγριώτερον ἐκεῖνων τῶν θηρίων) καὶ τοῦ λιμοῦ (καὶ γὰρ ἑπτὰ ἡμέρας οὐ μετέσχον τροφῆς), καθάπερ ὀσμίου τινὸς ἐνδοθεν καθημένου, καὶ τῶν λαγόνων μὴ ἀπτεσθαι· βοῶντες τῶν προφητικῶν, ἠδέσθησαν τὴν τροφήν. Μετὰ ταύτης καὶ οἱ παῖδες οἱ τρεῖς [315] εἰς τὴν Βαβυλωνίαν κάμινον εἰσελθόντες, καὶ πολὺν χρόνον ὀμιλήσαντες τῷ πυρὶ, αὐτοῦ τοῦ πυρὸς λαμπρότερα ἔχοντες τὰ σώματα, ἀπὸ τῆς καμίνου τότε ἐξῆσαν· καίτοι γε εἰ πῦρ ἦν ἐκεῖνο ὄντως τὸ πῦρ, πῶς οὐκ ἐποίει τὰ τοῦ πυρὸς; εἰ σώματα ἦν ἐκεῖνα τὰ σώματα, πῶς τὰ τῶν σωμάτων οὐκ ἔπασχε; Πῶς; ἐρώτησον τὴν νηστείαν, καὶ ἀποκρινεῖταί σοι, καὶ αὐτὴ λύσει σου τὸ αἰνίγμα· καὶ γὰρ ἦν ὄντως αἰνίγμα· σωμάτων γὰρ φύσις ἐμάχετο φύσει πυρὸς, καὶ ἡ νίκη τῶν σωμάτων ἐγένετο. Εἶδες παράδοξον μάχην; εἶδες παραδοξοτέραν τὴν νίκην; Θαύμασον τὴν νηστείαν, καὶ ὑπταίς ὑποδέξαι χερσίν· ὅταν γὰρ καὶ ἐν καμίνῳ βοηθῆ, καὶ ἐν λάκκῳ λεόντων φυλάττη, καὶ δαίμονας ἀπελαύνη, καὶ ἀπόφασιν ἀναλύη Θεοῦ, καὶ παθῶν μανίαν καταστέλλῃ, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἡμᾶς ἐπανάγῃ, καὶ πολλῶν ἐν τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν ποιῆται τὴν γαλήνην, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἂν εἴη παρανοίας, τοσαῦτα ἔχουσαν ἐν ταῖς χερσίν ἀγαθὰ φεύγειν καὶ δεδοικέναι; Ἐπιτρέθει γὰρ ἡμῖν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἀσθένειαν, φησὶν δ'. Ἄλλ' ὅσω ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται, τοσούτω ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρα καὶ ἡμέρα· μᾶλλον δὲ, εἰ βουληθεῖς μετὰ ἀκριθείας ἐξετάσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ εὐεξίας αὐτὴν εὐρήσεις μητέρα τυγχάνουσαν. Καὶ εἰ τοῖς ἑμοῖς ἀπιστεῖς λόγοις, παῖδας ἱατρῶν περὶ τούτων ἐρώτησον, καὶ αὐτοὶ ταῦτα σαφέστερον ἐροῦσιν, οἳ τὴν μὲν ἐνδειαν μητέρα τῆς ὑγείας καλοῦσι, τὰς δὲ ποδαλγίας καὶ καρθηθαρίας καὶ ἀποπληξίας καὶ φθόην καὶ ὕδερρον καὶ φλεγμονὰς καὶ οἰδήματα, καὶ μυρίων ἐτέρων νοσημάτων χειμάρρους, ἀπὸ τῆς τροφῆς καὶ τῆς ἀδηφαγίας ἐξίεναι φασίν, ὥσπερ ἀπότινος πονηροτάτης πηγῆς πονηροῦς ρύακας, καὶ τῇ τοῦ σώματος εὐεξίᾳ, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς σωφροσύνῃ λυμαινομένους.

ε' Μὴ τοίνυν φοβώμεθα νηστείαν, τὴν τῶν τοσοῦτων ἡμᾶς ἀπαλλάττουσαν κακῶν. Οὐ γὰρ ἀπλῶς ὑμῖν τοῦτο παραινῶ· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὺς ὀρῶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ ἀγρία τινὶ γυναικὶ παραδίδοσθαι μέλλοντας, οὕτως ὀκνοῦντας καὶ ἀναδυομένους, καὶ μέθη καὶ ἀδηφαγία τῆμερον ἑαυτοὺς διαφθείροντας· διὰ τοῦτο παραινῶ ὥστε μὴ τὴν ἐκ τῆς νηστείας ἐσομένην ὠφέλειαν προανελεῖν λαιμαργία καὶ μέθη. Καὶ γὰρ οἱ κακόστροι τῶν ἀνθρώπων, ὅταν πικρὰ μέλλωσι πίνειν φάρμακα, ἂν πολλῆς ἑαυτοὺς ἐμπλήσωσι τροφῆς, καὶ οὕτω τὰ φάρμακα λάθωσι, τὴν μὲν πικρίαν ὑπέμειναν, τῆς δὲ ὠφελείας ἐξέπεσον, δυσκολωτέραν τῷ φαρμάκῳ ποιοῦντες τὴν πάλιν πρὸς τὴν τῶν διεφθορότων χυμῶν πονηρίαν. Διὰ τοῦτο αὐτοὺς οἱ τῶν ἱατρῶν παῖδες μὴ δειπνήσαντας κελεύουσι καθεύδειν, ἵνα πάσαν τῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν ἐκ πρώτης εὐθέως τοῖς νοσοποιοῖς τῶν περιτωμάτων προσαγάγῃ χυμοῖς. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς νηστείας· ἐάν μὲν πολλῆς ἑαυτὸν ἐμπλήσῃ τῆς μέθης τῆμερον, καὶ αὔριον ὑποδέξῃ τὸ παρ' ἐκεῖνης φάρμακον, ἀχρη-

^a Morel. τιμωρίας. Unus ms. Reg. et Savil in textu τιμωρίαν, in marg. τιμωρία.

^b Alii θρῆνοι καὶ οἰμωγαί.

^c Sic Savil. et unus Reg. Morel. γὰρ ἀπὸ λαγόνων ἀπτεσθαι.

^d Savil. et unus Reg. ἡμῖν τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος φησὶν.

inutilemque effeceris, et laborem quidem pertuleris, lucrum inde futurum non assequeris, dum ejus vim totam in malum recenti ebrietate partum impendis : si vero leve præparaveris corpus, sobriaque mente susceperis medicinam, ex delictis veteribus multa poteris expurgare. Ne igitur per ebrietatem ad jejunium pergamus, neque a jejunio in ebrietatem declinemus, ne forte periinde accidat ac si quis ægrum corpus atque resurgens a valetudine calcibus impetens velocius dejiciat. Quod et in nostra sit anima, cum utraque jejunii ex parte, principio videlicet ac fine, ebrietatis nube mundationem in nobis ab abstinentia factam offuscamus. Veluti enim qui cum feris dimicaturi, armis multis, munimentisque principalia quoque membra circumdant, atque ita cum illis bellum suscipiunt : sic et nunc homines multi cum jejunio quasi cum fera quadam pugnaturi, ventris se crapula muniunt, dirumpentesque sese et obtenebrantes, multa cum imprudentia mitem ac quietum jejunii aspectum suscipiunt. Atque si quempiam interrogavero, Cujus rei gratia ad thermas hodie properas : Ut abluto corpore, inquires, jejunium suscipiam. Si vero te interrogavero, Quare inebriaris,

iterum dices, Quoniam jejunium sum ingressurus. Quomodo igitur non erroneum, corpore quidem puro, impura vero ebriaque anima, pulcherrimum hoc festum excipere¹? Plura dicenda supererant, sed hæc sobriis ad correctionem sufficiunt. Quare necesse est dicendi finem facere : nam cupio patris audire vocem : quoniam ipsi quidem quasi pastorales pueri subtili calamo sibilamus, veluti sub quercu aut fago quadam ad umbram sacrorum horum sedentes ; hic autem veluti musicus optimus auream citharam modulatus, sonorum concentu universum excitat theatrum : sic et hujus non pulsationum, sed verborum et operum concentus plurimam nobis affert utilitatem. Ejusmodi et Christus doctores quærit : *Qui enim fecerit et docuerit, inquit, hic magnus vocabitur in regno cælorum (Matth. 5. 19)*. Ejusmodi est iste : quapropter et magnus est in regno cælorum. Contingat autem et nos ejus, omniumque præsulum orationibus regno cælorum dignos fieri, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¹ Sic Sav. et unus Reg. In B. et apud Morel., *pulcherrimam hanc virtutem suscipere*.

DE POENITENTIA,

QUARTA HEBDOMADA SACRÆ QUADRAGESIMÆ.

HOMILIA VI (a).

1. Quam jucundi spiritualis hujus nobis maris sunt fluctus, et ipsis, qui in pelago sunt, jucundiores. Nam illi quidem ventorum insolentia, hi auditus desiderio excitantur : et illi quidem sublimius agglomerati, trepidationem gubernatori plurimam inferunt : hi ubi apparuerunt, dicentem fiducia multa replent. Illi enim furibundi maris argumenta, hi animæ lætabundæ sunt indicia : illi petris illisi ignobilem sonitum reddunt, hi vero doctrinæ verbo contriti blandam vocem emittunt. Sic et zephyri flatus in sata cadentes, atque ipsa spicarum capita inclinantes ac relevantes, in terra maris fluctus imitantur. Sed et illis satis jucundiora sunt hæc : non enim zephyri flatus, sed Spiritus gratia vestras animas excitat et inflammat, et ignem illum, de quo olim Christus : *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur (Luc. 12. 49)* ? Hunc video immissum incensumque in animabus vestris. Quoniam igitur tot lampades nobis Christi timor accendit, agite hinc doctrinæ oleum instillemus, quo nobis diuturnior lux fiat.

Jejunii fructus quærendus ; in studium spectaculorum involvitur. — Etenim nobis de cætero jejunii tempus ad finem urget : nam ad stadii medium progressi, deinceps ad ipsum finem concedimus. Sicut enim qui in-

cepit, in medio est : ita qui ad medium devenit, finem apprehendit. Igitur tempus ad finem vergit, atque de cætero portum cymba prospicit ; sed quod quæritur, non jam est ad portum pervenire, sed navem haud lucri vacuum trahere. Oro vos omnes et obsecro, suam quisque ad conscientiam jejunii negotiationem reputet, ac si quidem lucrum multum accumulatum invenerit, negotiationi addat : si nihil congregatum, reliquum temporis negotiationi impendat. Quoadusque stant nudinæ, negotiantes de magno lucro contendamus, ne vacuis recedamus manibus, ne jejunii laborem tolerantes, jejunii amittamus præmium. Licet enim et jejunii laborem sufferre, et jejunii fructum non consequi : quomodo ? Cum scilicet esca abstinemus, peccato non abstinemus : cum carnibus quidem non vescimur, devoramus tamen pauperum domos : cum vino quidem haud inebriamur, inebriamur vero desideriis pravis : cum quidem inedia totam transigimus diem, atque eandem impudicis in spectaculis consumimus, Ecce jejunii labor, et jejunii fructus nusquam est, cum iniquitatis theatra conscendimus. Non ad vos mihi est sermo, novi enim ab ea accusatione vos vacuos esse ; sed mos dolore pressis est, cum eis non adsunt, qui doloris dant causam, in præsentem iram evomere. Quod enim lucrum jejunes theatra iniquitatis ascendere, ad communem uxuriæ scholam introire, ad publicum incontinentiæ gymnasium, super cathedram sedere pestilentiarum : Etenim et cathedram pestilentiæ, et incontinentiæ gymnasium, scholamque luxuriæ, et omnia turpis hæc orchestra si

(a) Collata cum Codice Em. Card. Ottoboni cujus nota est B. VI. 16, et cum Cod. Barocciano 212 a D. Wetstemo Basiliensi.

quis dixerit, laud peccaverit, pessimum illum locum, plurimorumque morborum plenum, Babylonicam fornacem. Nam velut in fornacem quamdam compellens in theatrum diabolus urbem, sic ab imo succendit, non jam malleolos submittens, veluti tunc barbarus ille, neque naphtham, neque stupam, neque picem; sed his multo pejora¹, fornicarios visus, turpia verba, membra molliter flexa, atque omnis plenos malitiæ cantus. Illam igitur fornacem barbaricæ manus accenderunt, hanc autem fornacem cogitationes barbaris insipientiores accendunt: hæc illa peior, quandoquidem ignis deterior, non qui corporis naturam, sed qui bonam animæ depopulatur habitudinem: et quod nocentius est, neque ipsi qui comburuntur, idipsum sentiunt; si enim sentirent, non jam effu-um illum in his risum emitterent. Igitur id vel pessimum est malum, cum quis infirmatur, neque idipsum quod infirmatur novit: et misere ardens et ærumnose, non sentit incendium. Quænam jejunii utilitas, dic mihi, cum quidem corpus aeres legitimo a nutrimento, iniquum vero nutrimentum animæ inducis? cum diem illic trabis sedens, communem naturam deturpatam intuens ac traductam, mulieresque fornicarias, adulteria representantes illic eos, qui cujusque domus mala colligunt? Nam et fornicationes videre datur, et audire blasphemias, quo et per oculos, et per auditum ipsi animæ morbus procedat: alienas imitantur calamitates, unde et ipsis turpitudinis nomen impositum est. Quod igitur jejunii lucrum anima cibus ejusmodi nutrita? quibus oculis uxorem illis a spectaculis videbis? quibus oculis videbis filium? quibus domesticum? quibus amicum? Necesse autem dicentem illic gesta turpitudine, aut tacentem rubore confundi. Sed hinc non sic abis: licebit vero domi multa cum fiducia universa narrare, propheticas voces, apostolica degmata, leges Dominicæ, omnem virtutis mensam apponere, uxoremque narrationibus ejusmodi pudiciorem reddere, prudentiorem filium, benevolentem domesticum, amiciorem amicum, atque ipsum inimicum persuadebis odium deponere.

2. *Vera jejunii ratio quæ.* — Vides quomodo hæc quidem ubique salutaria dogmata, illa vero acroamata ubique inutilia? Quæ igitur jejunii utilitas, quæso, cum corpore quidem jejunas, oculis vero mœcharis? Adulterium enim est non ipsa modo conglutinatio aut copula corporis, sed et impudicus visus. Quæ utilitas cum illuc hinc abis? Ego corrigo, ille corrumpit: ego medicinas morbo adhibeo, ille causam morbi ministrat: ego naturæ flammam extinguo, ille libidinis flammam accendit. Quæ utilitas, dic mihi? *Unus ædificans et unus destruens: quid lucrati sunt plus quam labores (Eccli. 34. 28).* Non ergo hic et illic, sed hic solum conversemur, quo fructuose, quo non in vanum hic, quo non inutiliter, neque ad damnationem: *Unus ædificans et unus destruens: quid lucrati sunt plus quam labores?* Et quamvis multi ædificantes forent, unus vero de-

¹ Verba usque ad, *hæc illa peior*, desiderabantur in Edictis; sed ex Octob. et Barocc. restituta sunt.

struens, facilitate subversionis ædificantium multitudo vincitur. Magnæ profecto turpitudinis et juvenes et senes ad tale studium fesinare. Sed utinam usque ad turpitudinem esset malum: tametsi id homini libero intolerabile fortasse videtur, et damnum cordato maximum, si turpitudine et ignominia notetur; verum non ad ignominiam usque tantum pœna procedit, sed ultio ingens ac supplicium imminet: necesse est enim illic sedentes peccato adulterii omnes teneri, non quod ibi mulieribus copulentur, sed quod impudicis eas intueantur ocalis. Etenim hos quoque necesse esse adulterio teneri ut intelligatis, non meum vobis dicam sermonem, ne forte despiciatis, sed divinam legem explicabo, ubi despectui nequaquam locus. Quid ergo divina lex inquit? *Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis (Exod. 20. 14); ego autem dico vobis, quod quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo (Matth. 5. 27. 28).* Vidisti adulterium consummatum? vidisti completum peccatum? et quod deterius, in adulterio deprehensum adulterum, non humano, sed divino sub judicio adulterii reum esse, ubi immortales sunt pœnæ. *Quicumque enim viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Non modo morbum, sed et morbi radicem evellit; radix enim adulterii concupiscentia impudica: quare non modo plectit adulterium, sed et concupiscentiam, adulterii matrem. Sic et medici faciunt, non ad morbos instant solum, sed ad causas etiam tollendas: quod si ægrotantem oculum viderint, pravam humorem desuper a temporibus compescunt: sic et Christus facit. Cæcitas mala est adulterium; oculorum est morbus, non corporis solum, sed animæ prius: idcirco inde compescit humorem impudiciæ per timorem legis; quare non modo adulterium punit, sed concupiscentiam quoque ulciscitur. *Jam mœchatus est eam in corde suo.* Corde autem corrupto, quæ deinceps utilitas in reliquo corpore? Quemadmodum enim in plantis et lignis, si quando cor exesum videmus, reliquam de cætero repudiamus partem: sic et in homine cum id perierit, incassum est inde reliqua corporis sanitas. Auriga perit, fractus, dejectus est, frustra in posterum equi currunt: laboriosa lex et multum oneris habet: sic igitur et magnam habet coronam. Ejusmodi sunt enim res laboriosæ; magnas habent retributiones. Tu vero nequaquam laborem attende, sed retributionem considera: sic et in vitæ rebus fit. Si enia laborem honorum operum prospexeris, grave atque onerosum; si vero retributionem cogitaveris, leve et facile quod subest. Sic et gubernator, si fluctus viderit solum, numquam e portu scapha digredietur, sed si quæstum prius, quam fluctus respexerit, tunc immensum adire pelagus audet. Sic et miles si vulnera cædesque viderit, nusquam induet thoracem; si vero triumphos victoriasque prius, quam vulnera, tamquam ad prælium currit ad prælium. Quæ enim natura gravia, sic levia fiunt, cum jam non labores cogitamus, sed ipsos laborum fructus consideramus. Discerere vis quomodo natura gravia, levia fiunt? Paulum audi dicentem: *Nam et*

λέγοντος· Τὸ γὰρ παραντίκα ἐλαφρόν της θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης ἡμῖν κατεργάζεται. Αἴνιγμα τὸ εἰρημένον ἐστίν· εἰ θλίψεως, πῶς ἐλαφρόν; εἰ ἐλαφρόν, πῶς θλίψεως^a; ταῦτα γὰρ ἐναντία. Ἄλλ' ἔλυσε τὸ αἴνιγμα τῇ ἐπαγωγῇ δειξας ἐλαφρόν· πῶς; Μὴ σκοποῦντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα. Ἐθήκε τὸν στέφανον, καὶ κοῦφον ἐποίησε τὸν ἀγῶνα· ἔδειξε τὸ βραβεῖον, καὶ παρεμυθήσατο τοὺς ἰδρωτάς. Καὶ σὺ τοίνυν ὅταν ἰδῆς γυναῖκα λάμπουσιν ἀπὸ τῆς ὕψεως, φαιδρὰν ἀπὸ τῆς στολῆς, ἰδῆς ἐπιθυμίαν γαργαλίζουσιν^b, ἰδῆς τὴν ψυχὴν ἐπιθυμοῦσαν τῆς θεωρίας· ἀνάβλεψον πρὸς τὸν ἄνω σοι κείμενον στέφανον, ἵνα παραδράμῃς τὴν τοιαύτην ὕψιν. Εἶδες συνδούλην; ἐννόησον τὸν Δεσπότην, καὶ πάντως καταπαύσεις τὸ νόσημα. Εἰ γὰρ παιδία παιδαγωγῶ ἀκολουθοῦντα οὐ περιστρέφονται, οὐ κεχίνασιν, οὐκ ἐπτόηται, πολλῶ μᾶλλον σὺ τὸν Χριστὸν ἂν ἰδῆς τοῖς λογισμοῖς παρόντα, οὐδὲν πείσῃ τοιοῦτον. Ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμολχευσε αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Ἡδέως καὶ συνεχέστερον ἀναγινώσκω τοῦ νόμου τὰ γράμματα· εἶθε καὶ διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ἦν τοῦτο λέγειν πρὸς ὑμᾶς, μᾶλλον δὲ οὐχὶ πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ὑπευθύνους τοῖς ἀμαρτηματιν ὄντας· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς ὑμᾶς· καὶ γὰρ ὑμεῖς ἀσφαλέστεροι ἔσεσθε, οἱ δὲ ἐν τῇ νόσῳ ὄντες ταχέως πρὸς τὴν ὑγίειαν ἐπαντήξουσιν. Ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμολχευσε αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

γ'. Ἀρκεῖ πᾶσαν τῆς ἀμαρτίας τὴν σπιπέδονα καθᾶραι ψιλὰ ἀναγνωσθέντα τὰ ῥήματα. Ἀλλὰ σύγγνατε· τραύματα καθαιρόμεν, τὸν δὲ τραύματα καθαίροντα, ἀνάγκη καὶ πικρὰ ἐπιτιθέναί φάρμακα· ὅσπερ ἂν ἐνέγκητε τὰ ῥήματα, τοσοῦτον μᾶλλον ἐκκαθαίρεται ὁ ἰός. Ὡσπερ γὰρ τοῦ πυρὸς ἡ φύσις, ὅσπερ ἂν ἐπιπλέον^c ὁμιλήσῃ τῇ τοῦ χρυσοῦ φύσει, τοσοῦτον μᾶλλον δαπανᾷ τὸν ἰόν· οὕτω καὶ τῶν ῥημάτων τούτων ὁ φόβος, ὅσπερ ἂν ἐνηχηθῇ τῇ ὑμετέρᾳ διανοίᾳ, τοσοῦτω μᾶλλον ἅπασαν ἐκκαθαρίει τῆς ἀκολασίας τὴν ἀμαρτίαν. Πυρῶσωμεν αὐτὴν ὡδε τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας, ἵνα μὴ ἀναγκασθῶμεν αὐτὴν ἐκεῖ πυρῶσαι τῷ πυρὶ τῆς γεέννης. Τὴν μὲν γὰρ ἐντεῦθεν ἀπελθοῦσαν καθαρὰν οὐδὲν ἐκεῖνο βλάπτει τὸ πῦρ· τὴν δὲ μετὰ ἀμαρτημάτων ἀπελθοῦσαν ἐντεῦθεν ἐκεῖνο δέξεται τὸ πῦρ. Ἐκάστου γὰρ, φησί, τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. Δοκιμάσωμεν ἑαυτοὺς νῦν χωρὶς ὀδύνης, ἵνα μὴ δοκιμασθῶμεν τότε μετὰ ὀδύνης. [321] Ὅσα ἂν εἴπῃς, φησὶν, ἐπίπονος ὁ νόμος. Τί οὖν; ἀδύνατα ἡμῖν ὁ Θεὸς προστάττει; Οὐ φημι· ἐπιστομίζου^d, μὴ κατηγορεῖ τοῦ Δεσπότη· οὐ γὰρ ἐστὶν ἀπολογίας τρόπος, ἀλλὰ ἀμαρτίας προσθήκη τῆς προτέρας χαλεπωτέρα. Ὅτι δὲ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀμαρτανόντων ἔθος ἐπὶ τὸν Δεσπότην ἀφίειν^e τὰ ἐγκλήματα, ἀκουσον. Προσῆλθεν ἐκεῖνος ὁ τὰ πέντε τάλαντα πιστευθεὶς, καὶ προσήνεγκεν ἄλλα πέντε· προσῆλθεν ὁ τὰ δύο τάλαντα πιστευθεὶς, καὶ προσήνεγκεν ἄλλα δύο· προσῆλθεν ὁ τὸ τάλαντον πιστευθεὶς, καὶ ἐπειδὴ ἄλλο

τάλαντον προσήνεγκεν οὐκ εἶχεν, ἀντὶ τάλαντου κατηγορίαν προσήνεγκε. Πῶς φησὶν; Ἐγνων σε^f ὅτι σκληρὸς εἶ. Ὁ ἀγνωμοσύνης οἰκέτου· οὐκ ἀρκεῖται τῇ ἀμαρτίᾳ, ἀλλὰ καὶ κατηγορίαν εἰσάγει κατὰ τοῦ δεσπότη· *Θερίζων ὄπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὄθεν οὐ διεσκορπίσας*. Οὕτω καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ὅσοι μὴδὲν ἐργάζονται ἀγαθόν, προσθήκην τῶν κακῶν ἑαυτῶν ποιοῦνται τὴν κατηγορίαν τοῦ Δεσπότη.

Μὴ τοίνυν κατηγορεῖ τοῦ Δεσπότη· οὐκ ἐπέταξεν ἀδύνατα. Βούλει μαθεῖν ὅτι οὐκ ἐπέταξεν ἀδύνατα; Πολλοὶ τὰ προστάγματα ὑπερβαίνουσιν, οὐκ ἂν δὲ, εἰ ἀδύνατα ἦν, ὑπερέβησαν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως. Παρθενίαν οὐκ ἐπέταξε, καὶ κατορθοῦσι πολλοὶ· ἀκτημοσύνην οὐκ ἐπέταξε, καὶ πολλοὶ τὰ ἑαυτῶν ῥίπτουσι, διὰ τῶν ἔργων μαρτυροῦντες πολλὴν εὐκολίαν τοῖς τῆς ἐπιταγῆς νόμοις· οὐ γὰρ ἂν ὑπερέβησαν αὐτὰ, εἰ μὴ αὐτὰ τὰ ἐπιταγέμενα εὐκολα ἦν. Οὐκ ἐπέταξε παρθενίαν· ὁ μὲν γὰρ ἐπιτάξας παρθενίαν ὑπὸ τὴν ἀνάγκην ἄγει τοῦ νόμου καὶ τὸν μὴ βουλόμενον· ὁ δὲ παραινέσας κύριον ἀφίησι τῆς αἰρέσεως τὸν ἀκροατὴν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός φησι, *Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι*. Ὁρᾷς οὐκ ἐπιταγὴν, ἀλλὰ συμβουλήν; ὀρᾷς οὐ πρόσταγμα, ἀλλὰ παραινέσιν; Πολὺ δὲ τῆ μέσον· τὸ μὲν γὰρ ἀνάγκης ἐστίν, τὸ δὲ προαιρέσεως. Οὐκ ἐπιτάσσω, φησὶν, ἵνα μὴ βαρῆσω· παραινῶ καὶ συμβουλεύω^g, ἵνα ἐναγάγω. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς· οὐκ εἶπε, Πάντες δὲ παρθενεύετε· εἰ μὲν γὰρ ἐπέταξε παρθενεύειν ἅπαντας καὶ νόμον ἐποίησε τὸ πρόσταγμα, οὔτε κατορθώσας ἂν πολλῆς ἀπέλαυσε τιμῆς ὅσης νῦν, καὶ ὁ παρακούσας τὴν ἐσχάτην ἂν ἔδωκε δίκην. Εἶδες πῶς ἡμῶν ὁ νομοθέτης φεῖδεται; πῶς χήδεται τῆς ἡμετέρας σωτηρίας; Μὴ γὰρ οὐκ ἐδύνατο καὶ τοῦτο ἐπίταγμα ποιῆσαι, καὶ εἰπεῖν ὅτι· Οἱ μὲν παρθενεύοντες τιμάσθωσαν, οἱ δὲ μὴ παρθενεύοντες κολαζέσθωσαν; Ἄλλ' ἐβάρει τὴν φύσιν· φεῖδεται τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας. Ἀφῆκεν ἐξωτῶν σταδίων, ἀφῆκεν ἀνωτέρω τῶν ἀγώνων τὴν παρθενίαν, ἵνα καὶ οἱ κατορθοῦντες τὴν οἰκείαν μεγαλοψυχίαν ἐπιδείξωνται, καὶ οἱ μὴ κατορθοῦντες τῆς συγγνώμης ἀπολαύσωσι τοῦ Δεσπότη. Οὕτω καὶ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης οὐκ ἐποίησε τὸ πρᾶγμα ἐπίταγμα. Οὐ γὰρ ἀπλῶς εἶπε, *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, ἀλλ'*, *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὑπάγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα*. Ἐν τῇ βουλῇ κείσθω τῇ σῆ, κύριος ἔσο τῆς γνώμης· οὐκ ἀναγκάζω, οὐδὲ βαρῶ, ἀλλὰ κατορθώσαντα μὲν στεφανῶ, μὴ κατορθώσαντα [322] δὲ οὐ κολάζω. Τὰ μὲν γὰρ ἐξ ἐπιταγῆς γινόμενα καὶ ἐξ ὀφειλῆς, οὐ τοσοῦτον ἔχει μισθόν· τὰ δὲ ἐκ προαιρέσεως καὶ ἐξ οἰκείας φιλοτιμίας λαμπροὺς ἔχει τοὺς στεφάνους. Καὶ τούτων Παῦλον παράγω μάρτυρα· *Ἐὰν εὐαγγελίζωμαι, φησὶν, οὐκ ἔστι μοι καίχημα*. Διὰ τί; *Ἀνάγκη γὰρ μοι ἐπίκειται*. Οὐαὶ δὲ μοι ἐστίν, *ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι*. Ὁρᾷς, ἐν τοῖς νόμοις ὁ μὲν κατορθώσας οὐκ ἔχει πολὺν μισθόν· ἀνάγκη γὰρ ἐστίν· ὁ δὲ μὴ κατορθώσας ὑπεύθυνός ἐστι τῇ κολάσει καὶ τῇ τιμωρίᾳ. Οὐαὶ γὰρ μοι, φησὶν, *ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι*. Ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐχ οὕτως, ἐπὶ τῶν ἐκ προαιρέσεως, ἀλλὰ τί; *Τίς οὖν μοι ἐστίν ὁ μισθός;* *Ἴνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ*

^a Ambo πῶς θλίψις. Mox post ἐλαφρόν sequens uterque codex τὸ τῆς θλίψεως, πῶς οὖν ἐστὶν ἐλαφρόν, πῶς;

^b Ambo mss. γαργαλίζουσιν. Ibid. γαργαλιζομένην. Infra Otlob. καταπαύσειαί σοι τὸ νόσημα. Quæ lectio non spernenda. Ibid. Otlob. παιδαγωγόν.

^c Otlob. πλέον. Et mox idem, καὶ ἐπὶ τῶν ῥημ.

^d Otlob. εὐφήμει, καὶ ἐπιστομίζου, non male.

^e Savil. legendam conjicit ἀναφέσειν. Edit.

^f Otlob. et Barocc. Ἦδειν σε ὅτι.

^g Otlob. παραινῶ δὲ καὶ συμβ.

ipsum momentaneum et leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis (2. Cor. 4. 17). Ænigma est quod dicitur : si tribulationis, quomodo leve ? si leve, quomodo tribulationis ? hæc enim repugnant. Sed solvit ænigma, eum per additionem ostendit levitatem. Quomodo ? Non hæc quæ videntur nobis duntaxat considerantibus. Coronam proposuit, ac certamen leve reddidit : ostendit bravium, et desudantem solatus est. Tu ergo, cum mulierem videris formosam, vultu splendentem, ornatam stola, cum videris libidinem titillantem, et aspectu concupiscentem animam : respice desuper stantem coronam, quo tale spectaculum prætereas. Vidisti conservam ? Dominum considera, atque omnino morbum curabis. Si enim qui discipuli pædagogum sequuntur, non vagantur, non otio torpent, non studio desistunt : multo magis tu, si Christum quasi præsentem cogitationibus intuearis, nihil horum patieris. Qui mulierem viderit ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo (Matth. 5. 28). Jucunde ac sæpius legis scripta lego : utinam et per totum diem ad vos eadem verba facere possem : imo non ad vos, sed ad eos qui peccatis sunt obnoxii ; imo ad vos quoque : nam vos firmiores essetis, et qui morbo laborant, ad sanitatem citius redirent. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo.

5. Sufficiunt ad omnem peccati morbum purgandum nuda hæc verba recitata. Sed ignoscite : vulnera purgamus, vulnera vero purgantem necesse est amaras medicinas imponere. Quanto vero magis portabitis verba, tanto magis purgabitur virus. Quemadmodum enim ignis natura quanto magis auri naturæ cohærebit, tanto magis rubiginem consumit : sic et horumce verborum timor quanto magis vestræ menti imprimetur, tanto magis peccatum impudiciæ purgabit. Hic igne examinemus, verbo scilicet doctrinæ, quo minus ipsum cogamur examinare gehennæ igne. Nam purgatam animam hinc abeuntem ille non lædet ignis ; eam autem quæ cum peccatis hinc abierit, ille ignis excipiet. *Uniuscujusque enim opus quale, inquit, sit, ignis probabit (1. Cor. 3. 13). Probemus nosmetipsos nunc sine dolore, quo nec cum dolore tunc probemur. Quidquid dixeris, inquit, laboriosa est lex. Quid igitur ? impossibilia mandat nobis Deus ? Non, inquam ; obmutesce², neque Dominum accuses : non enim hic excusationis modus, sed peccati additamentum priori pejus. Quod autem peccatorum plurimi consueverint in Dominum suas accusationes retorquere, audi. Accessit ille cui talenta quinque tradita fuerant, et alia quinque attulit : accessit cui duo, et alia duo attulit : accessit cui unum fuit creditum, et quoniam non habuit talentum aliud quod ferret, pro talento accusationem attulit. Quomodo ? Novi, inquit, quod austerus sis (Matth. 25. 24). O servi proterviam !*

¹ Duo Mss. sic legunt hunc locum : *Ostendit levitatem, levitatem tribulationis. Quomodo igitur est tribulationis levitas, quomodo ?*

² Oub., *obedi et obmutesce ; non male.*

non contentus peccato etiam contra dominum statuit accusationem : *Metens ubi non seminasti, et tollens quod non dispersisti (Luc. 19. 21)*. Sic et in præsentī vita quotquot nihil operantur boni, additamentum malorum suorum faciunt, accusationem adversus Dominum.

cat, quæ contestatus erat Moyses. Ecce a promissione excidistis, o Judæi: ecce dereliquistis Deum. Quo pacto te advocabo, Moyses? defunctus enim es, et vitam obiisti. Quo pacto item Aaronem evocabo? ille quoque mortem appetivit. Non potes hominem evocare? evoca elementa. Idcirco enim et ego dum viverem, non Aaronem solum, non illum et illum contestabar, quia obituri erant; sed elementa, quæ manent, nempe cælum et terram, contestor. Ait igitur Isaias, *Audi, cælum, et auribus percipe, terra.* Vos enim jussit Moyses hodie advocare. Neque hanc solum ob causam vocat elementa, sed quia Judæos alloquebatur. *Audi, cælum;* tu enim manna demisisti: *Auribus percipe, terra;* tu namque coturnicem dedisti. *Audi, cælum,* audi: tu enim manna demisisti; tu enim quæ supra naturam erant exhibuisti: sursum eras, et aream imitabar. *Auribus percipe, terra:* tu enim deorsum eras, et extemporalem mensam parasti. Otiosa erat natura, et gratia operata est: boum nullus erat labor, et spica proferebatur: non coquorum manus, non jussum aderat: sed manna fontis sancti instar omnium vicem supplebat: natura propriæ infirmitatis obliviscebatur. Quo pacto ipsorum vestes detritæ non sunt? Quomodo ipsorum calceamenta non sunt vetustate consumpta? Omnia ad illorum ministerium inserviebant. *Audi, cælum, et auribus percipe, terra.* Post tot monita, post tot beneficia, contumelia afficitur Dominus. Quem alloquar? num vos? Neminem qui audiat habeo. *Ecce veni, et nullus erat homo: loquutus sum, nec erat qui audiret.* Irrationabilia alloquar, quandoquidem rationabiles ad irrationabilium vilitatem delapsi sunt. Quamobrem alius propheta videt furem regem, idolum cultu honoratum, Deum contumelia affectum, alios omnes attonitos, et dicit: *Audi me, altare, audi me* (5. Reg. 15. 2). Lapidem ne alloqueris? Etiam: quandoquidem rex minus est compos sensuum, quam lapis. *Audi me, altare, audi;* hæc dicit Dominus. Et statim altare diruptum est: et lapis audivit, lapis diruptus est, et sacrificium effudit. Quomodo non audivit homo? Extendit manum suam, ut raperet prophetam: et quid facit Deus? Arefecit ejus manum. Vide quidnam fecerit, vide Domini clementiam, et servi peccatum. Quare non ab initio manum ejus arefecit? Ut dirupto lapide resipisceret. Etenim si lapis diruptus non fuisset, tibi pepercissem: quia vero discissus est lapis, et tu non emendatus es, iram in te transfero. Extendit manum ut raperet prophetam, et arefacta est manus. Erectum erat tropæum: aderant tot satellites et duces exercitus, auxilium ingens, et manum ejus contrahere non poterant; sed stabat manus voce declarans impietatis profligationem, pietatis tropæum, Dei erga homines benignitatem, illius insaniam. Et illam contrahere non poterant.

4. Verum ne verbum ex verbo texentes argumenti obliviscamur, age quæ polliciti sumus ostendamus. Quidnam polliciti sumus? Quod si quis sexcentis sit affectus vulneribus, pœnitentiamque agat, et bonum operetur, sic ea delebit Deus, ut nec cicatrix, nec vestigium, nec indicium priorum peccatorum appa-

reat. Hæc promisi, hæc demonstrare conabor. *Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia Dominus loquutus est* (Isai. 1. 2. ad 4.) Dic mihi, quid loquutus est? *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem, irrationabilibus irrationabiliores: et asinus præsepe domini sui, asinis hebetiores. Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit. Væ gemi peccatrici.* Cur, inquit, nulla est spes salutis? Qua de causa dicis, *Væ?* Quia non invenio medelam. Qua de causa dicis, *Væ?* Quia medicamenta adhibui, nec cessit ulcus! ideo aversus sum. Quid mihi igitur faciendum est? Non laborabo ut curem. *Væ!* Mulierem repræsentat lamentantem: et bene facit. Animum, quæso, mihi adhibete diligenter. *Væ, quare?* Quia idipsum in corporibus fieri solet. Cum enim viderit medicus ægrum nullam salutis spem habentem, lacrymatur: et domestici et affines ejulant atque lamentantur, sed frustra nulloque fructu: moriturum enim ne mundus quidem totus deplorans excitabit. Planctus ergo ille ad luctum valet, non ad restaurandam sanitatem. Secus autem in anima: nam si fleveris, sæpe eum, qui anima mortuus est, excitabis. Quare? Quia corpus mortuum vi humana non excitatur, anima vero mortua correctione excitatur. Respice fornicarium, et plora, sæpeque illum excitabis. Ideoque Paulus non scribebat et admonebat solum, sed etiam cum lacrymis et lamentis hortabatur unumquemque. Esto admoneas, cur etiam ploras? Ut si non valeat admonitio, auxilientur lacrymæ. Sic et propheta lamentatur. Dominus item noster videns proximam Jerosolymæ ruinam dicit: *Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt* (Matth. 25. 37). Urbem compellat jam lapsam, hominemque lugentem imitatur. Propheta vero, *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis* (Isai. 1. 4): nihil habet sanum corpus illud. Vidistin' eos ulceribus plenos? *Semini nequam, populo pleno peccatis.* Cur, quæso, lamentatis? *Dereliquistis Dominum, et irritastis Sanctum Israel. Quid ultra percutiamini* (Ibid. 5)? Qua vos plaga feriam? famene an peste? Omne supplicii genus accessit, et nequitia vestra consumpta non est: *Addentes prævaricationes, Omne caput in laborem, et omne cor in tristitiam: non est plaga, non cicatrix* (Ibid. 6). Res nova¹. Paulo ante dicebas: *Semini nequam, filii iniqui, dereliquistis Dominum, et irritastis Sanctum Israel; et, Væ genti peccatrici.* Lamentaris, luges, quereris, vulnera recenses; et deinde dicis, *Neque vulnus, neque cicatrix?* Attende. Tunc vulnus efficitur, cum alia corporis parte incolumi, una corporis pars sensu destituta manet: hic vero dicit, totum corpus esse vulnus: *Neque vulnus, neque cicatrix, neque plaga tumens;* sed a pedibus usque ad caput non potest imponi fomentum, non oleum, non ligamina. *Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni, regiones vestras alieni comedunt* (Ibid. 7). Hæc omnia feci, et vos non resipuistis: omnem adhibui artem, et æger mortuus manet. *Venite, audite verbum Domini, principes Sodomorum et Gemorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum*

¹ sic Savil. At Morel., *res vane.*

(*Isai. 1. 10*)? Quid igitur? Sodomitasne alloquitur? Nequaquam, sed Judæos Sodomitas appellat. Quoniam enim eorum mores imitabantur, eorum ipsis nomen imponit. *Venite, audite verbum Domini, principes Sodomorum et Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum, et adipem agnorum nolo. Si offeratis mihi simitam, vanum: thymiama abominatio est mihi: neomenias vestras et sabbata odit anima mea: jejuniua et diem magnum non fero. Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis (Ibid. 13-15).* Estne ira huic æqualis? Propheta cælum advocat, lamentatur, ejulat, plorat, dicitque illi, *Non est vulnus, non est cicatrix: Deus irascitur, non suscipit victimam, non neomeniam, non sabbatum, non simitam, non orationem, non manuum extensionem. Vidistin' ulcus? vidistin' morbum incurabilem, non unius, non duorum, non decem, sed multorum milium? Quid igitur postea? Lavamini, mundi estote (Ibid. 16).* Num est peccatum pro quo sit desperandum? ipse Dominus, qui dicit, *Non audio vos; dicit etiam, Lavamini. Ad quid hæc loqueris? Cur ista? ambo sunt utilia: illa, ut terream; hæc, ut attraham. Si non audis illos, spem salutis non habent: si spem salutis non habent, cur dicis, Lavamini? Verum Pater est filiorum amans, solus bonus, plus quam pater ad commiserationem pronus. Et ut discas ipsum esse patrem, ait illis, Quid faciam, Juda? An nescis quid facturus sis? Novi plane, sed nolo: exigit peccatorum natura, sed cohibet clementiæ magnitudo. Quid faciam tibi? parcamne tibi? at segnior evades. Ultionem de te sumam? sed id non patitur clementia mea. Quid faciam tibi? an ut Sodomam te ponam, vel ut Gomorrhæam evertam te? Conversum est cor meum. Affectu licet vacuus, hominem affectu præditum imitatur; imo potius matrem prolis amantem. Conversum est cor meum; ac*

si dicat mulier de puero, *Conversum est cor meum materno more. At non satis habuit priora illa dixisse, sed, Turbatus sum in pœnitentia mea (Osee 11. 8).* Deusne turbatur? Absit. Numen turbationis expers est; sed, ut jam dixi, nostrum loquendi morem imitatur. *Conversum est cor meum; Lavamini, mundi estote. Quid sum vobis pollicitus? Quod peccatores, etiam sexcentis onustos peccatis, ulceribusque plenos, si pœnitentiam agant, Deus susceptos ita curet, ut ne vestigium, ut ne cicatricem, ut ne indicium quidem peccatorum relinquat. Lavamini, mundi estote, auferte nequitias vestras ab animabus vestris: discite bene facere (Isai. 1. 16. 17).* Et quid boni præcipis? *Judicate pupillum, et justifyate viduam. Non gravia præcepta sunt, sed ad quæ natura ipsa pronæ sit: mulieri enim convenit misericordia. Et venite, et disceptemus (Ibid. 18).* Dicit Dominus, modicum quidpiam facite, et ego quod reliquum est addam: exiguum aliquid mihi date, et totum ego impertiam. *Venite. Quoniam abeamus? Ad me, quem provocastis, quem irritastis; ad me qui dico, Non audio vos, ut interminatione perterriti, iram sedetis. Venite ad non audientem, ut audiat. Et quid facis? Non relinquo vestigium, non indicem, non cicatricem. Venite, et disceptemus, dicit Dominus: et addit, Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nivem dealbabo (Ibid. 18). Numcubi cicatrix? numcubi ruga etiam cum colore expiationis? Et si fuerint ut coccinum, quasi lanam dealbabo. Numcubi nigricans color? numcubi macula? Et quo pacto fiunt ista? Num aliæ promissiones? os enim Domini hæc loquutum est. Non solum magnitudinem vidisti promissorum, sed et dignitatem largientis. Deo enim possible sunt omnia, qui potest a sordido facere mundum. Hunc igitur cum audierimus, et pœnitentiæ medelam noverimus, gloriam ipsi transmittamus: quia ipsius est gloria et imperium in sæcula. Amen.*

DE POENITENTIA, ET DE IIS QUI A COLLECTIS ABFUERUNT, ITEMQUE DE SACRA MENSA ET DE JUDICIO¹.

HOMILIA IX.

Quemadmodum nihil prodest iis qui seminant, si juxta viam semina jacent: ita neque nobis quidquam proderit, si Christiani dicamur, nisi quæ appellationi nostræ convenient opera præstemus. Ejus rei, si placet, adhibebo fide dignum testem fratrem Dei Jacobum dicentem: *Fides sine operibus mortua est (Jacob. 2. 17).* Ergo ubique opus est mandatorum operatione: nam illa absente, neque Christiani nominis appellatio nobis prodesse poterit. Et ne mireris. Quid enim, dic mihi, lucri habet miles quando in exercitu est, nisi militia dignus sit, et pro rege a quo

alitur, militet¹? Forte autem, tametsi terribile est quod dicitur, melius ei erat non militare, quam in militia curam et honorem regis negligere. Qui enim fieri potest ut non puniatur is, qui a rege nutritur, pro rege autem non certat? Quid autem dico pro rege? utinam etiam pro nostris animabus curam gereremus! Et quomodo, ait, possibile in mundo et medio hominum sic versantem salvari? Quid dicis, homo? Vis breviter ostendam non esse locum qui salvet, sed mores et voluntatem? Adam in paradiso, ut in portu naufragium fecit (*Gen. 3*): Loth in Sodomis sicut in pelago servatus est (*Gen. 19*): Job in stercore justificatus est (*Job 2*): Saül ille in thesauris versans regno præsentis et futuro excidit (*1. Reg. 18*). Non est defensio, quod dicis, Non possum in mundo versari, atque in medio negotiorum salvari. Sed hæc gravia unde accidunt? Quia alii divinis præ-

Titulus in Colbert., *Ejusdem de necessitate sacris assistendi collectis, rejecto omni impedimento, et de pœnitentia, sermo trigesimus, secundum mss. ordinem. Initium vero sermonis sic habet: Dilecti, non sufficit nos temere et inconsulto Christianos nominari, et, si placeat, adhibebo testem fide dignum fratrem Dei Jacobum dicentem: Fides. Infra deest, et ne mireris.*

¹ In Colb., *Quid enim lucri habet miles ex militia, nisi qua virtute militem decet pro rege nututet?*

ἐπειδὴ γὰρ αὐτῶν τὸν τρόπον ἐμιμήσαντο, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῖς ἐπιτίθησι. **Δεῦτε, ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων καὶ Γομόρρας. Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος. Πλήρης εἰμι δλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν οὐ βούλομαι. Ἐὰν προσφέρῃτέ μοι σερμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοι ἐστὶ· τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχὴ μου· νηστειὰν καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. Ὅταν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς μέ, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμοὺς μου ἀπ' ὑμῶν. Ἐνὶ τῆς ὀργῆς ταύτης ἴσον; Ὁ προφήτης τὸν οὐρανὸν καλεῖ, θρηνεῖ, ὀλοφύρεται, ὀδύρεται, λέγει· Οὐκ ἐνὶ τραῦμα, οὐκ ἐνὶ μῶλωψ· ὁ Θεὸς ὀργίζεται, οὐ δέχεται θυσίαν, οὐ νεομηνίαν, οὐ σάββατον, οὐ σερμίδαλιν, οὐκ εὐχὴν, οὐκ ἔκτασιν χειρῶν. Εἶδες ἔλκος; εἶδες νόσημα ἀνίατον, οὐχ ἐνός, οὐ δύο, οὐ δέκα, ἀλλὰ χιλιάδων; Τί οὖν μετὰ ταῦτα; Λούσασθε, καθαρὸι γίνεσθε. Μὴ ἐστὶν ἁμαρτία ἀπόγνωσιν ἔχουσα; Αὐτὸς λέγει ὁ Θεός, οὐκ ἀκούω ὑμῶν· καὶ λέγεις· Λούσασθε. Εἰς τί ἐκεῖνα λέγεις; Εἰς τί ταῦτα; χρησίμως ἀμφοτέρα· ἐκεῖνα, ἵνα φοβήσωμαι, ταῦτα, ἵνα ἐπισπάσωμαι. Εἰ οὐκ ἀκούεις αὐτῶν, οὐκ ἔχουσιν ἐλπίδα σωτηρίας· εἰ οὐκ ἔχουσιν ἐλπίδα σωτηρίας, πῶς λέγεις, Λούσασθε; Ἀλλὰ πατήρ ἐστὶ φιλόστοργος, μόνος ἀγαθός, καὶ σπλαγχνιζόμενος ὑπὲρ πατέρα. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι πατήρ ἐστὶ, λέγει αὐτοῖς· Τί ποιήσω, Ἰούδα; Οὐκ οἶδας τί ποιήσεις; Οἶδα· ἀλλ' οὐ βούλομαι· ἀπαιτεῖ τῶν ἁμαρτημάτων ἡ φύσις, καὶ κατέχει τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος. Τί σοι ποιήσω; Φείσομαι σου; ἀλλὰ γίνῃ ῥαθυμότερος. Ἀλλ' ἐπέλω σοι; ἀλλ' οὐκ ἀνέχεται ἡ φιλανθρωπία. Τί σοι ποιήσω; ὡς Σόδομα θήσομαι σε, καὶ ὡς Γόμορρα [348] καταστρέψω σε; Ἐστράφη ἡ καρδία μου. Ὁ ἀπαθὴς ἐμπαθῆ ἄνθρωπον μιμεῖται, μᾶλλον δὲ μητέρα φιλόστοργον. Ἐστράφη ἡ καρδία μου· ἔπερ ἂν εἴποι γυνὴ ἐπὶ παιδίου· ἐστράφη ἡ καρδία μου**

κατὰ τὴν μητέρα. Ἀλλ' οὐκ ἤρκεσθη τῇ προτέρᾳ λέξει· ἀλλ', Ἐστράφη ἐν τῇ μεταμελείᾳ μου. Θεὸς ταραττεται; Ἀπαγε! μὴ γένοιτο! ἀτάραχον τὸ Θεῖον· ἀλλ' ὅπερ εἶπον, μιμεῖται τὰς λέξεις ἡμῶν. Ἐστράφη ἡ καρδία μου· Λούσασθε, καθαρὸι γίνεσθε. Τί ὑπεσχόμεν ὑμῖν; Ὅτι τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ μυρίων γέμοντας ἁμαρτημάτων, καὶ ἠλκωμένους λαθῶν ὁ Θεὸς μετανοῦντας, οὕτω θεραπεύει, ὡς μὴ ἀφεῖναι αὐτοῖς ἔχνος ἁμαρτημάτων, ὡς μὴ ἀφεῖναι οὐλήν, ὡς μὴ ἀφεῖναι ὑπόμνημα. Λούσασθε, καθαρὸι γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπο τῶν ψυχῶν ὑμῶν· μάθετε κολῶν ποιεῖν. Καὶ καλὸν τί ἐπιτάττεις; Κρίνατε ὄφρα τὸν καὶ δικαιοῦσατε χήραν. Οὐδὲ βαρέα τὰ ἐπιτάγματα, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἡ φύσις ἐπίσταται, ὅτι καὶ γυναικὶ ὁ ἔλεος συμφέρει. Καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος· ποιήσατε μικρὸν, καὶ τὸ λοιπὸν ἐγὼ προστίθημι· ὀλίγον μοι δότε, καὶ τὸ ὅλον ἐγὼ χαρίζομαι. Δεῦτε. Καὶ ποῦ ἀπέλωμεν; Πρὸς ἐμέ, δι' παρωξύνετε, ὄν παρωργίσατε, πρὸς ἐμέ τὸν εἰπόντα· Οὐκ ἀκούω ὑμῶν, ἵνα φοβηθέντες τὴν ἀπειλήν, λύσητε τὴν ὀργήν. Δεῦτε πρὸς τὸν οὐκ ἀκούοντα, ἵνα ἀκούσω. Καὶ τί ποιεῖς; Ὅτι οὐκ ἀφήμι ἔχνος, οὐκ ἀφήμι δεῖγμα, οὐκ ἀφήμι οὐλήν. Δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν. λέγει Κύριος· καὶ φησὶν· Ἐὰν ὡσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. Μήπου οὐλή; μήπου ῥυτίς καὶ μετὰ τοῦ χρώματος τῆς καθαρότητις; Καὶ ἐὰν ὡσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ. Μήπου μελανία; μήπου σπῖλος; Καὶ πῶς γίνεται ταῦτα; Μὴ ἄλλαι αἱ ἐπαγγελίαι; τὸ γὰρ στόμα τοῦ Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Οὐ μόνον τὸ μέγεθος εἶδες τῶν ἐπαγγελθέντων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ δεδωρηκότος. Τῷ γὰρ Θεῷ πάντα δυνατὰ τῷ δυναμένῳ ποιῆσαι καθαρὸν ἀπὸ ῥύπου. Τοῦτον τοίνυν ἀκούσαντες, καὶ τῆς μετανοίας τὸ φάρμακον εἰδότες, δόξαν αὐτῷ ἀναπέμψωμεν· ὅτι αὐτοῦ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀμήν.

* *Περὶ μετανοίας, καὶ εἰς τοὺς ἀπολειφθέντας ἐν ταῖς συνάξεσιν, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς ἱερᾶς τριπέλης καὶ περὶ κρίσεως.*

Ὁμιλία θ'.

Ὡσπερ τοῖς σπεύρουσιν ὄφελος οὐδὲν, ὅταν παρὰ τὴν ὁδὸν ῥίπτωσι τὰ σπέρματα· οὕτως οὐδὲ ἡμῖν ὄφελος ἐκ τοῦ ἀκούειν ἡμᾶς Χριστιανοὺς, ἐὰν μὴ καὶ τοῖς ἔργοις κατάλληλον ἔχωμεν τὴν προσηγορίαν. Καὶ εἰ βούλεσθε, παράξω ὑμῖν ἀξιόπιστον μάρτυρα τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον φάσκοντα· Ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστίν. Ἄρα οὖν πανταχοῦ χρῆ [349] τῆς τῶν ἔργων ἐργασίας· ταύτης γὰρ ἀπουσίας, οὔτε ἡ τοῦ Χριστιανοῦ προσηγορία ὠφελῆσαι ἡμᾶς δύναται. Καὶ μὴ θαυμάσης. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, κέρδος ἔχει ὁ στρατιώτης ἐκ τοῦ στρατεύεσθαι αὐτὸν, ἐὰν μὴ ἄξιός ᾖ τῆς στρατείας, καὶ πολεμῆ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως τρεφόμενος παρ' αὐτοῦ; Τάχα δὲ, εἰ καὶ φοβερόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ἀμεινον ᾗν αὐτὸν μὴ στρατευθῆναι, ἢ στρατευθέντα

Collata cum codice Colbertino 49, qui toto caelo differt ab edito Titulus in Colb.: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἀνεμποδίστως σχολάζειν ἡμᾶς ταῖς ἀγίαις συνάξεσι, καὶ περὶ μετανοίας λόγος λ. secundum ms. ordinem. Initium vero sermonis sic habet: Ἀγαπητοί, οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀκούειν ἡμᾶς Χριστιανοὺς. Καὶ εἰ βούλεσθε, ἀξιόπιστον παρέξω μάρτυρα τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον λέγοντα, «Ἡ πίστις.» Paulo post πανταχοῦ χρῆ. Paulo post καὶ μὴ θαυμάσης deest. Mox ἐκ τοῦ στρατεύματος, ἐὰν μὴ ἄξιός τῆς στρατείας πολεμῆσθαι ὑπὲρ τοῦ βασιλέως. Infra hæc, τρεφόμενος παρ' αὐτοῦ, desunt.

ἀμελεῖν τῆς τοῦ βασιλέως τιμῆς· πῶς γὰρ οὐ τιμωρηθήσεται ὁ ἐκ τοῦ βασιλέως τρεφόμενος, ὑπὲρ δὲ τοῦ βασιλέως μὴ ἀγωνιζόμενος; Καὶ τί λέγω ὑπὲρ τοῦ βασιλέως; εἴθε κἂν ὑπὲρ τῶν ἑαυτῶν ψυχῶν ἐφροντίζομεν. Καὶ πῶς, ^b φησὶ, δύναμαι ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι, καὶ ἐν μέσῳ πραγμάτων, καὶ σώζεσθαι; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Βούλει συντόμως δεῖξαι με μὴ τὸν τόπον εἶναι τὸν σώζοντα, ἀλλὰ τὸν τρόπον καὶ τὴν προαίρεσιν; Ὁ Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ ὡς ἐν λιμένι τὸ ναυάγιον ὑπέστη· ὁ δὲ Λὼτ ἐν τοῖς Σοδόμοις ὡσπερ ἐν πελάγει διεσώθη· ὁ Ἰωβ ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐδικαιώθη· ὁ δὲ Σαούλ ἐν τοῖς ταμείοις ὢν, τῆς βασιλείας ^c καὶ τῆς ἐνταῦθα καὶ τῆς ἐκεῖ ἐξέπεσεν. Οὐκ ἐστὶ τοῦτο ἀπολογία, τὸ λέγειν· Οὐ δύναμαι ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι, καὶ ἐν μέσῳ πραγμάτων, καὶ σώζεσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα πόθεν; Ὅτι οἱ μὲν ἐν ταῖς προσευχαῖς, οἱ δὲ ἐν ταῖς θείαις συνάξε-

^b Sequentia in Reg. sic se habent: φησὶ δυνατόν ἐν κόσμῳ καὶ ἐν μέσῳ τῶν πραγμάτων ἀνατρεφόμενον σώζεσθαι. Τί λέγεις; Θέλεις συντόμως δεῖξαι μὴ τὸν τόπον... τὴν ὀρθὴν προαίρεσιν.. ναυάγιον ὑπέμεινεν, ὁ δὲ.

^c Reg καὶ τῆς ἐντεῦθεν καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐξέπεσεν.. τὸ λέγειν, οὐκ ἐστὶ δυνατόν τὸν ἐν μέσῳ τῶν πραγμάτων σώζεσθαι· ἀλλὰ ταῦτα μαθηθῶμεν ἐκ τοῦ μὴ ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ ταῖς ταῦτα θείαις συνάξεσι σχολάζειν ἡμᾶς. Ἡ οὐχ... πῶς παρεδρεύουσι. κινουσὶν ἵνα ἐπιτύχωσιν οὐ αἰτεῖται; Ταῦτα.

σιν οὐ συνεχῶς παραγίνεσθε. Ἡ οὐχ ὄρατε τοὺς βουλομένους ἀξιώματα λαβεῖν παρὰ τοῦ ἐπιγείου βασιλέως, πῶς προσεδρεύουσι, πῶς καὶ ἑτέρους εἰς παράκλησιν κινουῦσιν, ὅπως τοῦ ζητουμένου μὴ ἐκπέσωσι; Ταῦτα πρὸς τοὺς ἀπολιμπανομένους τῶν θείων συνάξεων εἴρηται, καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ τῆς φοβεράς καὶ μυστικῆς τραπέζης ὥρα εἰς συντυχίας καὶ ματαιολογίας ἀσχολούμενους. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; οὐχ ὑπέσχου τῷ ἱερεῖ εἰπόντι, Ἄνω σχῶμεν ἡμῶν τὸν τοῦν καὶ τὰς καρδίας, καὶ εἶπας, Ἐχομεν πρὸς τὸν Κύριον; οὐ φοβῆ, οὐκ ἐρυθριᾷς κατ' αὐτὴν τὴν φοβερὰν ὥραν ψεύστης εὐρισκόμενος; Βαβαὶ τοῦ θαύματος! Τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς ἐξηρισμένης, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ σοῦ ἁσφαγιαζομένου, τοῦ ἱερέως ὑπὲρ σοῦ ἀγωνιζομένου, πυρὸς πνευματικοῦ ἐκ τῆς ἀχράντου ἀναβλύζοντος τραπέζης, τῶν Χερουθὶμ παρισταμένων, καὶ τῶν Σεραφὶμ ἱπταμένων, τῶν ἐξαπτερύγων τὰ πρόσωπα κατακαλυπτόντων, πασῶν τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων μετὰ τοῦ ἱερέως ὑπὲρ σοῦ προσευουσῶν, τοῦ πυρὸς τοῦ πνευματικοῦ κατερχομένου, τοῦ αἵματος ἐν τῷ κρατῆρι εἰς σὴν κάθαρσιν ἐκ τῆς ἀχράντου πλευρᾶς κενουμένου, οὐ φοβῆ, οὐκ ἐρυθριᾷς καὶ κατὰ ταύτην τὴν φοβερὰν ὥραν ψεύστης εὐρισκόμενος; Ἐκατὸν ἐξήκοντα ὀκτὼ ὥρας ἐχούσης τῆς ἐβδομάδος, μίαν καὶ μόνην ὥραν ἀφώρισεν ἑαυτῷ ὁ Θεός· καὶ ταύτην εἰς πράγματα βιωτικὰ [350] καὶ εἰς γελοῖα καὶ εἰς συντυχίας ἀναλίσκες; Μετὰ ποίας λοιπὸν παρήρησις τοῖς μυστηρίοις προσέρχῃ; μετὰ ποίου συνειδότος μεμολυσμένου; Ἄρα εἰ ἐδάσταζες κόπρον ἐν ταῖς χερσὶ σου, ἐτόλμας προσφασθῆσαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἐπιγείου βασιλέως; Οὐδαμῶς.

Μὴ ὅτι ἄρτος ἐστὶν ἰδῆς, μηδ' ὅτι οἶνός ἐστι νομίσης· οὐ γὰρ ὡς αἱ λοιπαὶ βρώσεις εἰς ἀφεδρῶνα χωρεῖ· ἀπαγε! μὴ τοῦτο νόει· ἀλλὰ ὡσπερ κηρὸς πυρὶ προσομιλήσας οὐδὲν ἀπουσιάζει, οὐδὲν περισσεύει· οὕτω καὶ ὧδε νόμιζε συναναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια τῆ τοῦ σώματος οὐσίας. Διὸ καὶ προτερχόμενοι, μὴ ὡς ἐξ ἀνθρώπου νομίσητε μεταλαμβάνειν τοῦ θείου σώματος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν Σεραφὶμ τῇ λαβίδι τοῦ πυρὸς, ἦν περ Ἡσαίας εἶδε, τοῦ θείου σώματος μεταλαμβάνειν νομίζετε, καὶ ὡς τῆς θείας καὶ ἀχράντου πλευρᾶς ἐφαπτόμενοι τοῖς χεῖλεσιν, οὕτω τοῦ σωτηρίου ^b αἵματος μεταλάβωμεν.

^a Reg. σφαγιαζομένου, καὶ πυρὸς πνευματικοῦ ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναβλύζοντος τραπέζης, τῶν Σεραφὶμ παρεστώτων, τῶν Χερουθὶμ ἱπταμένων, τῶν ἐξαπτερύγων τὰ πρόσωπα κατακαλυπτόντων, τοῦ πυρὸς ἐν πνεύματι κατερχομένου, τοῦ αἵματος ἐν κρατῆρι... κενουμένου. Οὐκ αἰσχύνῃ, καὶ ἐρυθριᾷς, καὶ ἐντρέπη, μηδὲ ὑπὲρ σεαυτοῦ τὸν Θεὸν ἐξιλεούμενος, οὐδὲ τὸ συνειδὸς, ὦ ἄνθρωπε, κατακρίνει σε; ὅτι ἐπὶ τὰς ἡμερῶν ἐχούσης τῆς ἐβδομάδος, τὴν μίαν οὐκ ἀποδίδης (sic) τῷ Θεῷ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ ἀπασχολῆσαι ἐν ματαιολογίαις καὶ δικαστηρίοις. Καὶ τί λέγω, πᾶσαν τὴν ἡμέραν; Εἶθε κἂν τρεῖς ὥρας ἀπεδύναμεν τῷ Θεῷ μετὰ προθυμίας. Ἄλλ' ὦ τῆς ἀναισθησίας, μᾶλλον δὲ τῆς ἀγνωμοσύνης, μίαν καὶ μόνην ἡμέραν ἑαυτῷ ἀφώρισεν ὁ Θεός, καὶ ταύτην... γελοῖα καὶ συντυχίας ἀναλίσκες, ἄνθρωπε, μετὰ ποίας... προσέρχῃ, ἢ μετὰ ποίου συνειδότος; εἰ μεμολυσμένους ἄρα, ἢ βεβορβορωμένους εἶχες τὰς χεῖρας, ἐτόλμας ἐγγίσαι τῷ κρασπέδῳ τοῦ βασιλέως; οὐδαμῶς, εἰς.

^b Reg αἵματος μεταλαμβάνειν ἠγγήσασθε, μηδὲ, παρακαλῶ, τῶν ἐκκλησιῶν ἀπολιμπανόμεθα, μηδὲ ἐν ταῖς συντυχίαις ἑαυτοὺς ἀσχολήσωμεν· στώμεν. καθὼς προεῖρηται, ἔντρομοι, ἐμφοβοὶ, κατηφεῖς, ὀδυνηροὶ, κάτω νεύοντες τῷ ὄμματι, ἄνω δὲ τῇ ψυχῇ. Στενάζωμεν ἀφώνως, ἀλαλάζωμεν τῇ καρδίᾳ. Οὐχ ὄρατε τοὺς τούτῳ τῷ ἐπιγείῳ καὶ φθαρτῷ καὶ προσκαιρῷ καὶ αἰσθητῷ βασιλεῖ. Vide notam Latinam.

Τοιγαροῦν, ἀδελφοί, τῶν ἐκκλησιῶν μὴ ἀπολειπόμεθα, μήτε πάλιν ἐν αὐταῖς συντυχίαις ἑαυτοὺς ἀσχολώμεν· στώμεν ἐμφοβοὶ καὶ ἔντρομοι, κάτω νεύοντες τὸ ὄμμα, ἄνω δὲ τὴν ψυχὴν· στενάζοντες ἀφώνως, ἀλαλάζωμεν τῇ καρδίᾳ. Ἡ οὐχ ὄρατε τοὺς τῷ αἰσθητῷ καὶ φθαρτῷ καὶ προσκαιρῷ καὶ ἐπιγείῳ βασιλεῖ παρισταμένους, πῶς εἰσιν ἀμετακίνητοι, μὴ φθειγγόμενοι, μὴ σειόμενοι, μὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὧδε κάκεισε πέμποντες, ἀλλὰ στυγνοὶ, κατηφεῖς, ἐμφοβοὶ; Ἐξ αὐτῶν, ὦ ἄνθρωπε, τὸν ἔλεγχον λάβε, καὶ οὕτω παρακαλῶ παρίστασθαι ὑμᾶς τῷ Θεῷ, ὡσπερ εἰσερχόμενοι ἐνώπιον τοῦ ἐπιγείου βασιλέως τυγχάνετε· πολλῷ μᾶλλον τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ μετὰ φόβου παρίστασθαι χρῆ. Ταῦτα πολλάκις λέγων οὐ παύσομαι, ἕως οὐ διορθωθέντας ἴδω. Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς Θεῷ πρέπει εἰσελθόμενοι, μὴ μνησικακίαν ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες, μήπως εὐχόμενοι, καθ' ἑαυτῶν εὐχόμεθα, λέγοντες· Ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Φοβερὸν γὰρ ἐστὶ τὸ λεγόμενον, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, τοιοῦτο πρὸς τὸν Θεὸν βοᾷ ὁ τοῦτο λέγων· Ἄφηκα, Δέσποτα, ἄφες· ἔλυσσα, λύσον· συνεχώρησα, συγχώρησον· εἰ ἐκράτησα, κράτησον· εἰ μὴ ἔλυσσα τῷ πλησίον, μηδὲ σὺ λύσης; τὰ ἐμὰ ἁμαρτήματα· ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησα, ἀντιμετρηθήτω μοι.

Ταῦτα εἰδότες, καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν ἐκείνην ἐνθυμηθέντες, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο, καὶ τὰ φοβερὰ κολαστήρια εἰς νοῦν λαβόντες, ἐπιστρέψωμεν λοιπὸν ἐκ τῆς πεπλανημένης ὁδοῦ ἡμῶν. Ἐλεύσεται γὰρ ὥρα ὅταν τὸ θέατρον τοῦ κόσμου τούτου διαλυθῆσεται· καὶ οὕτως οὐκ ἐστὶ λοιπὸν ἀγωνίζεσθαι· οὐκ ἐστὶ μετὰ τὴν πάροδον τοῦ βίου πραγματεύεσθαι, οὐκ ἐστὶ μετὰ τὴν τοῦ θεάτρον ἀπόλυσιν στεφανωθῆναι. Οὗτος ὁ καιρὸς μετανοίας, ἐκεῖνος κρίσεως· οὗτος ὁ καιρὸς τῶν ἀγώνων, ἐκεῖνος τῶν στεφάνων· οὗτος κόπου, ἐκεῖνος ἀνέσεως· οὗτος καμάτου, ἐκεῖνος ἀνταποδόσεως. Διεγέρθητε, παρακαλῶ, διεγέρθητε, καὶ τῶν λεγομένων [351] προθύμως ἀκούσωμεν. Ἐζήσαμεν τῇ σαρκὶ, ζήσωμεν λοιπὸν καὶ τῷ πνεύματι· ἐζήσαμεν ταῖς ἡδοναῖς, ζήσωμεν λοιπὸν καὶ ταῖς ἀρεταῖς· ἐζήσαμεν τῇ ἀμελείᾳ, ζήσωμεν καὶ τῇ μετανοίᾳ. Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; Τί φυσιοῦσαι, ὦ ἄνθρωπε; τί μεγαλαυχεῖς σεαυτόν; τί ἐλπίζεις ἐκ τῆς τοῦ κόσμου δόξης καὶ τοῦ πλοῦτου; Ἐξέλθωμεν ἐπὶ τοὺς τάφους, παρακαλῶ, καὶ ἴδωμεν τὰ ἐκεῖσε μυστήρια· ἴδωμεν τὴν φύσιν διεσπαρραγμένην, ὅσα βεβρωμένα, σώματα σσηπῶτα· κἂν σοφὸς ἦς, ἐπίσκεψαι, κἂν φρόνιμος, εἰπέ μοι, τίς ἐκεῖ ὁ βασιλεὺς καὶ τίς ὁ ἰδιώτης, τίς ὁ εὐγενὴς καὶ τίς ὁ δουλός, τίς ὁ σοφὸς καὶ τίς ὁ ἄσοφος. Ποῦ τὸ κάλλος ἐκεῖ τὸ τῆς νεότητος; ποῦ ἡ περιχαρὴς ὄψις; ποῦ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ εὐεῖδεις; ποῦ ἡ εὐθετος ρίς; ποῦ τὰ πυρρίζοντα χεῖλη; ποῦ τὰ κάλλη τῶν παρεῖων; ποῦ τὸ ἀποστίλβον μέτωπον; οὐ πάντα κόνις; οὐ πάντα τέφρα; οὐ σποδός; οὐ πάντα σκώληξ καὶ δυσωδία; οὐ πάντα βρῶμος; Ταῦτα ἐννοοῦντες, ἀδελφοί, καὶ τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἡμέρας ἐνθυμηθέντες, ὡς κηρὸν ἔχομεν, ἐπιστρέψωμεν ἐκ τῆς πεπλανημένης ὁδοῦ ἡμῶν. Αἵματι τιμίῳ ἴγορασθημεν. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη· διὰ σέ, ὦ ἄνθρωπε, Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη, μὴ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνας. Βαβαὶ τοῦ θαύματος! ὁ κριτὴς διὰ τοὺς κατακρίτους εἰς κριτήριον ἔρχεται· ἡ ζωὴ θανάτου γεύεται· ὁ πλάστης ὑπὸ τοῦ πλάσματος βραπίζεται· ὁ τοῖς Σερα-

eibus, alii divinis conventibus frequentes non adestis¹. Annon videtis eos qui volunt dignitatem a terreno rege accipere, quomodo assident, quomodo alios ad patrocinandum incitant, ut potiantur eo quod quærent? Hæc ego dixerim ad eos qui divinas collectas relinquunt, et sub horam terribilis et mysticæ mensæ colloquiis et vanis sermocinationibus occupati sunt. Quid facis, homo? non promisisti sacerdoti, qui dixit, *Sursum mentem et corda*, et dixisti, *Habemus ad Dominum*? non revereris et erubescis, quod illa ipsa hora mendax inveniaris? Papæ! mensa mystica parata est, et agnus Dei pro te immolatur, sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa erumpit, Cherubim adstant, Seraphim advolant, et spiritus sex alas habentes faciem tegunt, omnes incorporeæ virtutes pro te cum sacerdote intercedunt: ignis spiritualis e cælo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere effusus est: et non erubescis ac revereris, nec te pudet in illa tremenda hora mendacem te deprehendi? Centum sexaginta octo horas habente hebdomada, unam et solam horam sibi ipsi segregavit Deus, et hanc in opera sæcularia, et in ridicula, et in vana colloquia insumis? Cum qua postea fiducia ad mysteria accedes? cum qua polluta conscientia? Num si stercore in manibus haberes, auderes contingere fimbriam terreni regis²?

In Eucharistia non panis, non vinum est, sed corpus et sanguis Christi. — Ne quasi panem id respicias, neu quasi vinum existimes: neque enim hæc sicut reliqui cibi in secessum vadunt. Absit: ne sic cogites. Quemadmodum enim cera igni admota, nihil substantiæ amittitur, nihil superfluit: sic et hic putamysteria consumi corporis substantia. Propter quod et accedentes ne putetis vos accipere divinum corpus ex homine, sed ex ipsis Seraphim forcipe ignem, ut scilicet Isaias vidit (*Isai. 6*), divinum corpus accipere putate: et quasi divino et impolluto lateri admoti labiis, sic salutari sanguini participemus. Quocirca, fratres, oro vos et obsecro, ne absimus ab ecclesiis, neque ibi colloquiis et garrulitati vacemus: stemus tremantes et timidi, demissis oculis, elevata autem anima, gementes sine voce, jubilantes corde. Annon videtis eos, qui sensibili, corruptibili, temporali, et

¹ Reg.: *Non est defensio quod dicis: impossibile est in medio negotiorum versantem salvari; sed ea discamus oriri ex hoc quod precibus et præsertim divinis illis collectis non vacamus.*

² Totum hunc locum sic legit Reg.: *Papæ! cum mensa mystica parata est, et agnus Dei pro te immolatur; cum ignis spiritualis e sacra mensa erumpit; cum adstant Seraphim, cum Cherubim advolant; cum spiritus sex alas habentes faciem tegunt; cum ignis in spiritu descendit; cum sanguis in cratere.... effusus est. Non te pudet, non erubescis, neque curas pro te ipso quidem Deum placare, neque conscientia, o homo, te accusat? quod scilicet, septem dies habente hebdomada, unam non tribuas Deo ex toto corde, sed in illa ipsa die vanis colloquiis et negotiis judicialibus indulgeas. Et quid dico, unam diem? utinam vel tres horas Deo cum ardore persolverimus! sed, o corda torpentia, aut potius ingrata! unam et solam diem sibi segregavit Deus, et illam in opera sæcularia... insumis! O homo, quacum fiducia ad mysteria postea accedes, aut quacum conscientia? Num, si manus pollutas aut stercore contaminatas haberes, fimbriam regis auderes contingere?*

terreno regi assistunt³, quam sint immobiles, non loquentes, non agitati, non oculos huc et illuc mittentes, sed mæsti, demissi, pertimescentes? Ex ipsis documentum accipite, o homines, et sic assistite Deo, veluti ad terrenum regem accedentes factis: multo magis cælesti regi cum timore adstare oportet. Hoc sæpe dico, et dicere non cessabo, donec correctos videam. Ingredientes autem in ecclesiam, ut decet Deum accedamus, ne vindictæ cupiditatem in mente habentes, adversus nos precemur, dicentes: *Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. 6. 12)*. Terribile enim est hoc, quod dicitur, et ferme sic ad Deum clamat, qui hoc dicit: *Dimisi, Domine, dimitte; solvi, solve; ignovi, ignosce: si retinui, retine; si non solvi proximo, neque tu mea solvas peccata: in qua mensura metior proximo, eadem remetiaris mihi.*

Post mortem nihil meremur. — Igitur cum hæc sciamus, ac diem illum terribilem nobis reputemus, et ignem illum, et terribilem tormentorum locum in mentem accipiamus, convertamus nos in posterum a via qua erravimus. Veniet enim hora quando theatrum vitæ hujus solvetur, et nullus postea certabit: non est post hujus vitæ finem negotiatio: hoc soluto theatro coronas mereri non datur. Hoc tempus est poenitentiae, illud iudicii: hoc agonum, illud coronarum: hoc laboris, illud relaxationis: hoc ærumnæ, illud retributionis. Excitemini, obsecro, excitemini, et quæ dicuntur suaviter audiamus. Viximus in carne, vivamus posthac in spiritu: viximus in voluptatibus, vivamus in virtutibus: viximus in negligentia, vivamus in poenitentia. *Quid superbit terra et cinis (Eccli. 10. 9)*? Quid iullaris, homo? quid arrogans es? quid speras ex gloria mundi et divitiis? Egrediamur ad sepulcra, obsecro; videamus ibi mysteria, videamus discerptam naturam, ossa corrosa, corpora putrefacta. Si sapiens es, considera; si prudens, dic mihi, quis illic rex et quis privatus, quis nobilis et quis servus, quis sapiens et quis insipiens? Ubi pulchritudo illic adolescentiæ, ubi gratiosus aspectus, ubi oculi speciosi, ubi elegans nasus, ubi ignita labia, ubi pulchritudo genarum, ubi frons radians? annon omnia cinis? nonne omnia pulvis? nonne omnia favilla? nonne omnia vermis? nonne omnia putredo et fœtor? Hæc animo reputantes, fratres, et extremum diem animo versantes, dum tempus habemus, convertamur a via nostra, qua erravimus. Sanguine pretioso redempti sumus (*1. Petr. 1*). Propter te, homo, Deus super terram visus est, non habens ubi caput reclinet (*Luc. 9. 58*). Papæ, rem mirabilem! iudex ad tribunal ducitur propter reos: vita mortem gu-

³ Reg.:... *Sic salutari sanguini participare animo ducite, neque, obsecro, ab ecclesiis absimus, neque colloquiis indulgeamus: stemus, sicut præceptum est, tremantes et timidi, vultu demisso mæsti, in terram oculos, in cælum mentem ferentes. Gemamus sine voce, corde jubilemus. Nonne vides eos qui huic terreno et corruptibili et temporali et sensibili regi assistunt. Reliqua ad finem usque adeo differunt non re, sed sensu, ut exscribi omnia opus sit ei, qui discrimina omnia repræsentare velit; quod sane nullo operæ pretio fieret.*

stat : Creator a creatura alapis cæditur ; qui a Seraphim videri nequit, a servo conspuitur : fel et acetum gustat, lancea configitur, in sepulcrum deponitur : et in negligens es, et dormis, et contemnis, o homo? An nescis, quod etsi proprium sanguinem pro ipso effundas, non quantum oportet implet? alius enim est sanguis Domini, et alius sanguis servi. Præveni pœnitentia et conversione egressum animæ tuæ, nequando si mors advenerit, inutilis sit omnis pœnitentiæ medicina : quoniam super terram tantum, et non in inferno, pœnitentia robur habet. Quæramus Dominum, dum tempus habemus (Galat. 6. 10) : operemur bonum, ut a gehenna, quæ sine caret, liberemur, et cælorum regnum consequamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

φειμ ἀθεώρητος, ὑπὸ τοῦ δούλου ἐμπύεται, δξους καὶ χολῆς γεύεται, λόγγη κεντᾶται, τάφῳ κατατίθεται· καὶ σὺ ἀμελεῖς, εἰπέ μοι, καὶ καθεύδεις, καὶ καταφρονεῖς, ἄνθρωπε ; Οὐκ οἶδας, ὅτι καὶ τὸ ἴδιον αἷμα ἐὰν ἐκχέης ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐδὲ οὕτω τὸ δέον ἐπλήρωσας ; ἐπειδὴ [γάρ] ἄλλο αἷμα δεσποτικόν, καὶ ἄλλο αἷμα δουλικόν. Πρόλαβε τῇ μετανοίᾳ καὶ τῇ ἐπιστροφῇ τὴν ἐξοδὸν τῆς ψυχῆς, μήποτε θανάτου ἐπελθόντος, ἀργήσῃ πᾶσα τῆς μετανοίας ἡ θεραπεία· ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ἡ μετάνοια ἰσχύει, καὶ μόνον ἐν τῷ ἄδῃ τοῦτο οὐκ ἔστι. Ζητήσωμεν τὸν Κύριον, ὡς καιρὸν ἔχομεν· ἐργασώμεθα τὸ ἀγαθόν, ἵνα καὶ τῆς μελλούσης ἀτελευτήτου γεέννης ἀπαλλαγῶμεν, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

SERMONES PANEGYRICI

IN SOLEMNITATES DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI ET SANCTORUM.

IN HOMILIAM IN DIEM NATALEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI MONITUM.

[352] Hanc homiliam habuit Chrysostomus in die Natali Domini nostri Jesu Christi, quinque diebus post concionem in sanctum Philogonium, quam inter homilias contra Anomæos edidimus tomo primo. Quid vero causæ fuerit, cur eam in sanctum Philogonium, quæ inter panegyricas De sanctis homilias locanda videbatur, inter illas de Anomæis posuerimus, ibidem in Monito enuntiatur. In hac porro de Natali Christi concione illius ut nuper habitæ mentionem facit Chrysostomus, n. 7, his verbis : *Et quod nuper vos cohortatus sum, ad id etiam nunc, et in posterum semper vos cohortari non desistam. Quidnam hoc? cum accessuri estis ad tremendam divinamque illam mensam, et ad sacra mysteria, cum timore ac tremore hoc facite, cum pura conscientia, cum jejuniis et precatione: non tumultuantes, etc.* Quibuscum confer sodes ea, quæ sub finem homiliæ De S. Philogonio habentur.

Hac prima vice de die Natali Jesu Christi concionatus est Chrysostomus, vertente scilicet anno 386, die vicesima quinta Decembris, quo ineunte anno in presbyterum ordinatus, concionari cæpit. Cum enim nondum decimus annus esset, inquit Chrysostomus, ex quo dies ille Antiochenis innotuerat, ab Occidente ubi ab exordio celebratus fuerat, Antiochiam delatus : multi diem festum hujusmodi quasi novum a recenter inductum detrectabant, alii tamen magno numero libenter admittebant : quam disceptationem ut sopiret Chrysostomus, ubi primum occurrit illa celebritas, hanc homiliam habuit, ut in ipso presbyteratus sui initio subortam litem tolleret, et diem Christi Natalem in vicesimam quintam Decembris incidere multis argumentis probaret. Non hoc uno nitimur argumento, ut illam in annum 386 conferamus ; aliud longe validius suppeditant ipsa Chrysostomi concionantis verba num. 5 : ubi ait se mense Septembri proximo multos prolixosque contra Judæos habuisse sermones ; illi vero contra Judæos sermones incidunt in Septembrem anni 386 : siquidem anno sequenti 387, quo eadem anni tempestate multos longosque contra Judæos sermones iterum habuit, eversionem statuarum eodem anno, mense Febuario factam memorat. Verum hac de re pluribus in Monito ad conciones contra Judæos supra Tomo I.

His porro argumentis præcipue utitur Chrysostomus ut probet Natalem Christi in 25 Decembris incidere. Primum ait hinc probabiliter argui eam esse veram sententiam, quod tanta celeritate quaqua versus denunciata, Deo ita providente, ab omnibus suscepta sit. Deinde illam diem ab exordio per totum Occidentem celebratam fuisse, maximeque Romæ ; cum autem census Cyrenii jussu Augusti factus, in tabulisque descriptus, penes Romanos haberetur : hinc veram germanamque Natalis Christi diem Romanos hausisse. Aliud deinde argumentum mutuatur ex eo die quo ingressus est in Sancta sanctorum Zacharias, quem ipse summum fuisse pontificem putat : inde vero calculum ducit, ut probet in vicesimam quintam Decembris incidere diem Natalem Domini. Verum quia rem quam accuratissime [353] potuimus in Præfatione ad Cosmæ Ægyptii topographiam excussimus, non abs re erit illa, quæ tunc diximus, huc transferre, utpote quæ non parum lucis rei quæ per totam hanc homiliam agitur, afferant. Monemus tamen id, quod in fine diximus, nimirum hanc homiliam a nonnullis doctis viris in vobelas suspicionem vocari, ne minimam quidem ἀμφιβολίας nebulam obtendere posse : siquidem tum ex styli notis atque signis omnibus conspicuum est, hanc concionem esse verum germanumque Chrysostomi fetum. Hæc itaque diximus in memorata Præfatione, pag. xiv.

Observatu porro digna sunt quæ de Natali die habet Cosmas; nam de ritu Ægyptiorum et Jerosolymitanorum talia satur: *Cum Zacharias decima septimi mensis ingressus esset in templum, secundum legis traditionem, ac nuntium accepisset de Joanne sibi ex Elisabetha nascituro, sexto illius mense Virgo quoque nuntium accepit; ita ut tunc primi mensis initium esset. Nam cum decima septima mensis Zacharias nuntium accepit, et eodem mense Elisabeth conceperit, palam sane est sex anni menses tunc præterisse, ac sex reliquos fuisse, exceptis decem illis diebus; vel fortasse duobus aliis, aut tribus, aut septem, donec Zacharias abiret domum, ita ut dies superessent CLXVIII, aut CLXVII, aut CLXIII. Initium itaque conceptionis Domini, id est, initium primi mensis, sextus mensis Elizabethæ erat secundum Evangeliorum traditionem; nam hunc ordinem Deus semper servavit et servat. Hinc vero liquet, quod omnes ortum Christi nono decurso mense a primi mensis initio celebremus, id est, Choïac 28, Jerosolymitani vero, quasi ex B. Lucæ auctoritate, qui ait Christum baptizatum fuisse incipientem quasi annorum triginta, in die Epiphaniæ natalem celebrant. Et vere quidem tam Lucas, quam Jerosolymitani supputant: at accurata ratio non sic habet; sed tamen in ipso ortus die baptisma contigit, ut aiunt Lucas et Jerosolymitani. Verum Ecclesia ab antiquis temporibus, ne duas illas solemnitates eo ipso die celebrans alterutrius oblivionem induceret, præcepit, ut, secundum numerum apostolorum, duodecim dies intercederent, atque tunc Epiphaniæ solemnitas celebraretur: quemadmodum etiam XL dierum Jejunium Domini, quod ante pugnam cum diabolo ineundam persolvit, Resurrectione Domini claudi jussit; ut et nos secundum exemplar pro facultate pugnantis, et Christum imitantes, excipiamus Passionem et Resurrectionem Domini, etiamsi non iisdem diebus contigerit. Simili itaque modo Epiphania Domini nostri Jesu jussit post duodecim a Natali ejus dies celebrari. Soli autem Jerosolymitani ex conjectura probabili, nec tamen ex accurata ratione, in Epiphaniis natale agunt: in die autem Natali memoriam celebrant Davidis et Jacobi apostoli: non quod ambo eadem ipsa die mortui sint, sed, ut arbitror, ne ipsi extra festum cognatorum Christi neglecti maneant, eorum memoriam omnes colunt.*

Quod habet Cosmas, Zachariam Joannis patrem decima septimi mensis in templum ingressum esse, in Epistolis Cyrilli Jerosolymitani ad Julium Papam, et in ἀποκρίσεις Julii ad eundem prorsus modum enarratur: unde fortasse Cosmas hanc opinionem mutuatus est. Illæ vero mutæ Cyrilli et Julii epistolæ in epist. Joannis archiepiscopi Nicæni ad Zachariam catholicum Armeniæ afferuntur: ubi videas Natalem Domini diem ad vicesimam quintam Decembris a Julio papa celebrandam edici. Cujus calculi rationem ex libro quodam Josephi historiæ scriptoris, Romæ, ut dicitur ibidem, deprehensi, peti et usurpari animadvertas. Hæc porro Josephi verba in testimonium afferuntur, "Ὅτι ἐν μηνὶ τῷ ζ', ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Σκηνοπηγίας, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἱλασμοῦ, ὠφθη ἄγγελος τοῦ Θεοῦ. Καὶ κωφεθεὶς ὁ ἱερεὺς. Id est, *Mense septimo, in festo Scenopegiæ, visus est angelus Dei. Et mutus factus sacerdos, etc.* Sub hæc autem Joannes Nicænus Julium inducit Hebræorum menses cum Romanis conferentem. Quia vero edita computatione, Annuntiationem et Incarnationem, utpote sexto prægnantis Elisabethæ mense factam, in Hebræorum mensem Nisan cadere comperit, hinc colligit natum Christum esse xxviii mensis Choïac, sive xxv Decembris. Vide Combefis. *Hist. Monothelitarum*, p. 298. Veteres tamen Ægyptii et Orientales omnes, ut concors universorum sententia est, pari ritu Epiphaniæ Natalisque Domini festum vi Januarii celebrabant. At versus quarti sæculi medium in vecta easdem in regiones consuetudo fuit, ut vicesima quinta Decembris Natalem diem agerent: unde Athanasius ad xxv Decembris ortum Christi consignat in *Fragmentis Commentarii in Matthæum*, p. 26. Verum priscam illam consuetudinem ad ætatem usque suam in Ecclesia Jerosolymitana obtinere testis est Cosmas; aliis ritum posterius inductum servantibus. Idipsum confirmat Joannes Nicænus, dum ait asseverare Jerosolymitanos, Jacobum fratrem Domini primum Jerosolymorum episcopum ad natalem Christi diem celebrandam [354] Januarii sextam diem assignavisse: Cosmas vero priscum Ægyptiorum ritum, quo non xxv Decembris, sed Januarii vi Natalem celebrabant, vel prorsus ignoravit, vel consulto tacuit. Tametsi, ut supra dictum est, Orientales ad usque medium sæculi quarti ritum celebrandi xxv Decembris vix noverant. ut videre est in sermone Gregorii Nysseni *De die Natali, Nunc per totum orbem habitatum*, inquit, *diem festum celebrantium concors sonus auditur. Nunc scilicet, et non antea.* In hac homilia autem *De natali Domini*, auctore Chrysostomo, quam putamus ab eo adhuc presbytero Antiochiæ pronuntiatam, dicitur a paucis annis Natalis Domini festum in Orientalium notitiam venisse, atque ab Occidentalibus in Orientem advectum fuisse. Apud Occidentales vero non nisi post Epiphaniæ solemnitatem Natalis Domini festum institutum fuerat: indeque erat quod in Occidente et in urbe Roma Natali potior Epiphania haberetur, ut legitur in veteri Ordine Romano: *Nec hoc prætereundum est, quod secunda nativitas Christi (quo intelligitur Epiphania), tot illustrata mysteriis, honoratior sit quam prima, videlicet quam Natalis: quod item ad verbum legitur in libro De divinis officiis, cap. De baptismo Domini, qui Alcuino quidem ascribitur, sed non nisi post decimum sæculum editus putatur. Nec prætereundum est Cosmam, dum ait, Ex traditione divinæ legis, Moysis legem indicare, putareque Zachariam in die Propitiationis in sanctuarium ingressum esse, ut in lege præcipitur. In lege porro id muneris uni summo pontifici ascribitur: quo videas eam Cosmæ opinionem esse, Zachariam, nimirum Joannis patrem, fuisse summum pontificem. Neque mirum est in ea fuisse sententia Cosmam, quando idipsum, etsi falsum, a multis antiquorum creditum est. Sic Chrysostomus in hoc de Natali sermone, Zachariam pro summo pontifice habens, in sanctuarium in festo Tabernaculorum ingressum illum esse colligit, sive potius in die Propitiationis, quæ quatuor tantum diebus festum Tabernaculorum anteverit: qua die soli summo pontifici hanc peragere functionem licebat.*

Interpretatio Latina ea est, quam Petrus Pantinus Tiletanus, decanus Bruxellensis, edidit, sed non paucis in locis emendata.